



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Ga  
74  
21



Go 74.21



Harvard College Library

FROM

*By exchange*





*mer*

~~6073.84~~  
~~12236.17~~

DE  
ANTONINO LIBERALI

---

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE


ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FRIDERICUS BLUM

DURLACENSIS



FRISINGAE MDCCCLXXXII.



~~Ga 73.84~~

Ga 74.21

✓

Harvard College Library.

By Exchange

Nov. 28: 1893.



---

Von der Facultät genehmigt am 21. Februar 1891.

---



## Conspectus Argumenti.



- I. De Antonini Liberalis elocutione et genere scribendi.
- II. Antonini Liberalis fabulae tres denuo e codice P recensitae.
- III. De indicibus Antonini fabulis in codice P adscriptis epimetrum.







UNIVERSITÄT  
MÜNCHEN  
1889

I.

**De Antonini Liberalis**

**elocutione et genere scribendi.**

**D**icendi genus, quo usus est Antoninus Liberalis, com-  
tribus e causis non indignum videtur, quod diligentius examinetur.  
imum enim ad rem criticam recte instituendam, quanti sit  
stimanda, praesertim in recentioris aetatis scriptore, accurata  
monis adumbratio nemo nescit; quae quantopere etiam ne-  
ssaria sit, docere potest coniecturarum turba, qua obruit nuper  
beralem H. Martinius (Philolog. N. S. I 1889. 760 sq.).

Deinde ostendere nobis forte possunt (et ostendunt ni fal-  
) ipsius sermonis proprietates, qua aetate conscriptus sit, id  
od divinando magis quam ratiocinando adhuc statuimus.  
tamorphoseon libellus. Accedit quod elocutio per se ipsa ut  
entis Graecitatis (nam haec statim agnoscitur) specimen non  
glegenda est ei, qui in posteriorum scriptorum Graecorum usum  
quisiverit.

Nonnulla eorum, quae in sequentibus tractabuntur, sat  
cte ac diligenter iam congressit E. Oderus (De Antonino Libe-  
i, Bonn 1886, p. 30—41); quae si nos denuo protulimus,  
m aliis e causis fecimus, quae suo quaque loco facile per-  
cientur, tum eo praecipue consilio, ne quid plenae sermonis  
toniniani descriptioni deesset.

Disputationis autem nostrae hic erit ordo: primo capite ea  
umerabuntur et si fieri potest similibus exemplis cum ex  
orum, tum ex mythographorum usu petitis illustrabuntur,  
aecunque ab Atticorum sermonis consuetudine absunt. Altero  
alis sit Antonini verborum delectus disceptabitur. Tertio de  
mpositione verborum agetur. Quarto denique quae de con-  
mandis enuntiatis et de universa compositionis arte An-  
iniana dicenda sunt, proferentur.

Sed antequam ad ipsam rem accedamus, praemonere liceat  
ditum esse Antonini libellum praeclaro codice Palatino 398

eoque quatenus ad Parthenium Antoninumque attinet optime exarato, membranaceo saec. X, quem post alios nuper descripsit H. Stevensonius Romanus, Cod. Manuscript. Pal. Graec. 1885 p. 254 sq. cfr. etiam Hercheri de Antonino commentatio Hermae vol. XII 1877 p. 306 inserta. Ipse contuli codicem cum Antonini editione Westermanniana (*Μυθολογία*, 1843 p. 200—238) Heidelbergae aestate a. 1889. — His praemonitis ab ipsa materia initium faciamus.

## Caput primum.

Congeruntur ea, quae ab incorrupta Atticorum dictione abhorrent.

### a) De flexione nominis verbique.

In proferendis nominibus propriis non raro formas adhibuit Antoninus ab Atticorum usu alienas. En omnia exempla (locos citabo secundum paginas et versus editionis Westermanni):

*Εἰδοθέην* 228, 15.

*Θυρίη* 213, 27; *Θυρίης* 212, 17.

*Μεγανείρης* 208, 29.

*Πολυδώρης* 229, 29.

*Τιμάνδρη* 205, 27; 206, 5. 10. 22; *Τιμάνδρης* 206, 1.

*Τιτῖνας* 233, 7 (forma est epica; num etiam Herodotea sit, dubitat W. Dindorf, Herodot. Didot. 1862, VII).

*Φυτίη* 218, 7 (ubi noli confidere Valckenarii coniectura *Φυσμίδη*; ipsi olim G. Hermanno probata. cfr. Koch, Ant. Lib. 1832, LI).

Ceterum hasce formas ab Attico sermone alienas adhibere solebant, quippequas in fontibus invenissent, compilatores recentioris aetatis. Permultas adhibuit Apollodorus; Parthenius dixit: 153, 9 West. *Εἰλεβέην*, 154, 17 *Τροίης*, 169, 4 *Φιλοβέη*, 156, 25 *Νικάνδρη*; Polyaeus excerptor scripsit: 7, 12 Melber *Κορασιβίη*, 10, 9 *Πανδαίην*.

Poeticae porro formae leguntur in codice hae:

*χέρες* 226, 26. O. Schneider restituit *χεῖρες*.

*πόρτιας* 223, 9 forma Homerica, ab Herodoto quoque usurpata.

*Θήβησιν* 231, 17 (ubi tamen lectio non plane certa).

*ἀγροίερης* 205, 8.



χυκνεΐη (sc. λίμνη) 214, 1.

δένδρον 229, 25. Euripid. apud Diodor. 1, 7, 7 = Nauck, Frgm. Tr. Gr. 1889<sup>2</sup> p. 511; Eustath. II. p. 396, 22 ed. Basil.

Aliae formae, quae a bonorum Atticorum consuetudine alienae aut propriae sunt poetarum recentiorumque pedestris sermonis scriptorum, aut solum apud posteriores leguntur scriptores; χροΐσεος 233, 7. 10. frequentissime apud Homerum Herodotumque; raro apud Atticos pedestris sermonis (Xenophon adhibuisse videtur talia: χάλκεος, τειχέων, ὄρεων alia); apud Ἑλληνας persaepe.

χάλκεος 205, 9.

χυάνεος 220, 19.

λαόν 204, 20; 228, 32. Attici λεός; apud recentiores poetica forma frequenter.

ὄνειρων 217, 22. Attici malebant ὄνειράτων.

γονεῖς 230, 12. Genuina tamen Attica forma, quae commendatur a Thoma Magistro 115 R. et in Lexico Sequ. Bekker, An. gr. I 87: γονέας. Sic 235, 15. at 234, 6 τοὺς Δωριεῖς; contra 236, 4 recte: ἄλιεας.

Μίνωα 236, 6; 236, 30. Attici Μίνω, quod legitur 228, 7.

Φερσεφόνη 225, 2. poet. forma, in titulis Atticis inde a IV saeculo obvia. Meisterhans<sup>3</sup> 79, adn. 748. Moeris hoc docet 22, 17 Bekker: Φερέφαττα Ἀττικοί, Φερσεφόνη Ἑλληνες (sic Coislinianus; Kochius Περσεφόνη legit). cfr. etiam Schmid, Atticism. I, XIII.

τὰ ἡμίσεια 202, 30. cfr. Scut. Herc. 348 ἵπποι . . . . ὄξεϊα χρέμισαν; Arat. 1068 θύγεια δὲ μῆλα; C. J. A. II 817 B, 22 κανᾶ . . . πλαιεῖα, Meisterhans<sup>3</sup> 118; Graeci tamen grammatici non norunt nisi ἡμίσεια vel ἡμίση. Phrynich. in Bekkeri Anecd. 1, 41; Herodian. apud Lobeck. Phryn. 452; Thom. Mag. 172, 4 R.

πάχιον 211, 1. Atticorum antiquiores Tragici, Thucydides: θᾶσσον; ceteri: θᾶτιον. — θᾶσσον etiam apud Antoninum 211, 2.

οἰκτιστος 215, 17 poeticum et apud recentiores; Attici οἰκρότατος. Krueger 23, 6. 1.

ὄνσι 224, 23. deest apud Herodotum et apud Atticos; invenitur apud Hippocratem et inde ab Aristotele. cfr. Schmid, Atticism. I, 84.

*οὐδένα* 212, 23 (sic codex, Westermannus *οὐδένα* scribit); formae *οὐθείς*, *οὐθέν* in titulis Atticis inde ab anno 378 inveniuntur, inde a III saeculo valde videntur esse amatae. Atticistae genuinam formam *οὐδείς* commendant. cfr. Meisterhans<sup>2</sup> 216, 217; G. Curtius, Lpzg. Stud. VI, 1883, 189; G. Meyer, Gr. Gr.<sup>2</sup> § 212.

Adnotetur hic etiam 226, 5 *Κλυταιμίστρα* traditum esse. Antiquior videtur haec forma fuisse et, ut Nauckius aliique censent, verior. cfr. G. Meyer Gr. Gr.<sup>2</sup> § 265. 218, 1 legitur *Ἐπερμίστραν*.

Accedant e verbi flexione quae sunt paulo notabiliora:

Primo loco hic quoque exstant formae poetis debitae:

*δίδοι* 203, 18; 207, 14; 210, 19; 224, 4; 226, 11; 236, 34; 237, 8. Invenitur etiam sine ullo discrimine *δίδοσι*. 207, 5; 211, 7; 220, 13; (211, 11: *παραδίδοσι*). Homerus *δίδοι* raro usurpat; multo frequentius apud Herodotum; et sic etiam apud Liberalem.

*οὔρεσκεν* 237, 1: forma iterativa epica; ipsum verbum eodem sensu, sed non eadem, ut videtur, forma apud Euphronem fr. 108 M.

*ιλάσασθαι* 224, 22; e Nicandro desumptum putat O. Schneider; corrigiit Oder, quippe cum 205, 8 legatur: *ιλάσασθαι*.

*ἴδε* 218, 4. 20; *ἴδον* 219, 8. 14. 21; *περιἴδεν* 215, 16, quae formae defensae olim a Bastio (Epist. crit. 1809, p. 140) explosae sunt ab Odero.

*ἀρύσαντο* 219, 7; augmentum restituit idem Oderus.

Secuntur alia, quae commemoratione sunt digna:

*γάμενος* participium 202, 30, apud Atticos rarissimum. Krueger 38, 4. 1.

*ἐσήμανε* 208, 26 contra usum Atticorum. Krueger 33, 2; sicut etiam imperfecta.

*ἀπεδείκνυεν* 205, 10 et

*ἀπεκτείννον* 213, 7 (ceterum codex: *ἀπεκτείννον*).

*ἤψατο* 210, 10; 213, 18; 217, 17; 219, 29; 232, 7; interdum etiam apud Atticos. Lobeck, Phryn. 140.

*ἐγίνωσκον* 222, 7; 231, 29; *ἐγίνετο* 217, 2; *γίνεσθαι* 219, 2; *γίνεται* 224, 13; *γίνονται* 224, 30. Vetusta Atticorum forma *γιγνώσκειν* sicut *γίγνομαι*. Formae *γινώσκειν* et *γίνομαι* ex Ionica receptae sunt dialecto post Alexandri



M. aetatem. In monumentis imperatoriae aetatis constanter apparent. cfr. van Herwerden Testim. e lapid. coll. 46; Viereck, Serm. Graec. 53; Schmid Atticism. II 29.

*ἡφίει* 226, 27 rarius apud Atticos. Krueger 38, 1, 4. Inscriptiones atticae non norunt nisi *ἄφίει*. Meisterhans<sup>2</sup> 137.

*ἑδονήθησαν* 215, 2. sic etiam apud recentiores Atticos. Krueger 28, 7. 1. contra *ἑδονήθη* 208, 2; *ἑδύνατο* 225, 26; 228, 21 — *ἑβούλετο* 207, 2.

Hic etiam addatur

*ἐπιλεξάμενος* 206, 9: *Αἰγυπῖος δ' οὐδὲν ἐπιλεξάμενος, ὦν εἰς αὐτὸν ἐμχανᾶτο Νεόφρων, μίγνυται τῇ μητρὶ*: sensu reputandi adhibitum vel perpendendi (pro *ἐπιλογισάμενος*). Herodoteus est usus. cfr. 1, 86: *πρὸς τε τοῦτοισι δέισαντα τὴν τίσιν (Cyrum) καὶ ἐπιλεξάμενον ὡς οὐδὲν εἶη τῶν ἐν ἀνθρώποισι ἀσφαλῆως ἔχον, κελεύειν σβεννύναι τὴν ταχίστην τὸ καιόμενον πῦρ*.

*διατεθεῖσα χαλεπῶς* 202, 7; posteriorum est locutio. cfr. Schol. II. T 119 *Ἡρα ζηλοτύπως διατεθεῖσα*. Attici malebant *διακειμένη*.

Restat ut adnotemus in verbis, quae Attici litteris *ττ*, ceteri *σσ* exhibebant, codicem modo alteram praebere formam, modo alteram. Oderus ubique *σσ* restituere vult; quod sane vulgaris erat Graecorum illius aetatis consuetudo. Contra perfecti qui sibi videbantur Attici esse non scribebant nisi *ττ* (quam absurditatem quantopere irrideat in Vocalium Iudicio Lucianus nemini non notum.) — Ipse Antoninus inter utramque fluctuavit formam; modo *ἡτίκιζε*, modo vulgari usus est forma. Quod cur addubitemus eo minus est, quia ipse Herodes Atticus, sophistarum facile princeps, in titulis utramque adhibuit scripturam, cuius rei testimonia collegit Schmid, Atticism. II, 84. — In Romanorum decretis graeco sermone scriptis quae Viereckius conguessit, semper legitur *σσ*, nisi quod semel Augustus ad Cnidios scribit (Viereck IX 19. 10): *ἀντιφρατιόμενοι*.

Exempla autem, quae apud Antoninum leguntur, haec sunt:

*γλῶσσαν* 235, 16 — *ἡσσων* 208, 12 — *θάλασσα* 209, 23; 227, 9; 215, 29 — *θᾶσσον* 221, 2 — *Θεσσαλίας* 205, 25 — *θῆσσα* 224, 25 — *κισσός* 210, 13 — *λύσσα* 220, 6 — *μέλισσα* 214, 8. 11. 13. 15; 218, 25; 219. 4 — *Μολοσσῶν* 215, 9 —

διαφνλάσσειν 230, 24 — ἐκορύσσειτο 208, 6 — πρρασσομένον  
232, 2 — προσέτασσον 220, 3; 221, 21 — φνλάσσειν 207, 11.  
ἐλάτιων 206, 19 — Θετταλοῖς 222, 22 — μέλιτια 219, 3 —  
ἀπαλλάτιω 232, 24 — ἐπιάντιω 213, 5; 213, 15 — φνλάτιω  
223, 7; 228, 3. 9; 233, 7. 10. 12.

## b) De syntaxi Antoniniana adnotationes.

### 1. De nomine.

Dualem numerum proprium Attici sermonis ideoque Atticistarum (cfr. Moeris 244 Koch *τῷ δυνικῶς Ἀγρικῶς, ἡμεῖς Ἑλληνικῶς*) non habet Antoninus. Sicut Herodotus (Abicht, H. 1884, I 33) modo *δύο* usurpat, modo *ἀμφοτέροι*. cfr. 207, 7 *πιέσας ἀμφοτέραις ταῖς χερσίν ἐποίησεν ὄρνιθα αἰετόν*; 230, 25 *Λρνόπην ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ νρυφῶν δύο παρθένοι τοῖς ἐπιχωρίοις ἐδήλωσαν*; 215, 23.

In titulis abest dualis inde ab morte Alexandri Magni; resurgit imperatorum aetate florentibus Atticistarum studiis (Meisterhans<sup>2</sup> 161—63.) Inter scriptores mythographos semel adhibuit dualem bibliothecae auctor: *ἀμφοῖν*, 3, 14. 1 (2, 7. 7 ubi *τὸν Αἴχαν τοῖν ποδοῖν ἀράμενος* olim legebatur, ex libris correctum est: *τῶν ποδῶν*). Apud Parthenium ter dualis invenitur: 160. 18 W. *τὸ χεῖρε ἀμφιβαλοῦσα*; 179, 3 *ἔχων τὸ χεῖρε*, 171, 17 *μάλιστι γίλω ἤστην*.

Pluralis poetarum more adhibitus invenitur 204, 7 *πλήξαντα* (sch. Herculem) *τῇ κορόνη τὰς πλάκας τοῦ ὄρου*. — *οἴκοι* 216, 14 et 235, 23 de una domo; poetarum hic usus, imprimis tragicorum. — Similia apud Apollodorum leguntur haec: 1, 4. 3 *παρὰ τοῖς αἰγιαλοῖς* (idem 2, 6. 3 *τοῖς αἰγιαλοῖς προσφερόμενον*); 3, 1. 3 *ἠῤῥατο ταῦρον ἀναφανῆναι ἐκ τῶν βυθῶν*.

Poetarum e sermone desumptum videtur apud Antoninum etiam 236, 21 *εἰς Θήρας ἵεναι*, ubi cave scribas *ἐπὶ Θήρας* vel *εἰς Θήραν*. cfr. Apoll. 3, 14. 4 *Ἄδωνις πληγεῖς ἐν Θήραις ὑπὸ σοῦς ἀπέθανεν*; porro [Eratosth.] Catast. 1 *Ἄρκτος ἡ μεγάλη ταύτην Ἡσιόδός φησι Ἀνκίονος θυγατέρα ἐν Ἀρκαδίᾳ οἰκεῖν, ἐλεσθαι δὲ μετὰ Ἀρτέμιδος τὴν περὶ τὰς Θήρας ἀγωγὴν ἐν ταῖς ὕραι ποιῆσθαι* = Schol. Arat. v. 27; porro Catast. 33 *ἔτεροι δὲ φασιν αὐτὸν εἶναι κόνα Ὁρίωνος καὶ περὶ τὰς Θήρας γινομένην συνέπεσθαι*. Dubius esse potest Apoll. 3, 13. 3 *ἄγει αὐτὸν ἐπὶ*



Θήρας εἰς τὸ Πήλιον, ubi eodem iure scribere potes: ἐπὶ Θήρας. Similiter contra Appianus 203, 20 Mend. τοιοῦτους ὁ Μασσανάσσης ἐς δισμυρούς συναγαγὼν ἐξῆγεν ἐπὶ Θήρας ἢ λεηλασίας ἐτέρων ἔθνων (cfr. Kratt, De Appiani elocut. p. 4).

Notandum denique 221, 21 et 212, 14 κατ' ἀνάγκας; Attici κατ' vel πρὸς ἀνάγκην vel ἐξ ἀνάγκης dixerunt. Nec tamen offendere debet pluralis. cfr. Apoll. 2, 7. 7 νομίσασα ταῖς ἀληθείαις φίλτρον εἶναι τὸ ὄνεν αἶμα Νέσσον (Robert, De Apoll. bibliothec. p. 43.)

De casuum usu. Χάριν genitivum sequitur 222, 1 τούτων οὖν χάριν λέγουσιν ὀφθῆναι νόμους; praecedit 233, 21 ἐμέμψατο τὴν γυναῖκα τὴν ἑαυτοῦ χάριν ἔργων Ἀφροδίτης, id quod in Attico sermone perrarum est, at saepius invenitur apud recentiores. cfr. Catast. 249, 3 W. χάριν τούτου. ibidem v. 5 χάριν δὲ ἐκείνης; Apoll. [3, 1. 3 χάριν τοῦ πιστευθῆναι (cuius locutionis loco Attici enuntiatum ab ὡς, ὅπως vel ἵνα incipiens ponebant. vide Jerusalem, Wiener Stud. I, 51).

Genetivus separationis, qui dicitur: χήρα ἀνδρός 205, 28, poetarum est et recentiorum. 234, 28 πρόβατα νομέων ἔρημα.

Λοιδορεῖν cum dativo iunxit 222, 18 νόμους μετέβαλον κατ' ὀργὴν τὸν Κέραμβον ὅτι αὐταῖς ἐλοιδορήσε — ad similitudinem medii λοιδορεῖσθαι. H. Stephanus ex altero Maccabaeorum (2, 12, 14) affert: οἱ δ' ἔνδον . . . ἀναγωγότερον ἔχουσι τοῖς περὶ τὸν Ἰούδαν λοιδοροῦντες καὶ προσέτι βλασφημοῦντες καὶ λαλοῦντες ἢ μὴ θέμις.

Ἐκλαθέσθαι cum accusativo coniunctum invenitur 201, 33 ἐκλαθέμενος τὸν ὄρκον, ὃν ὤμοσεν. Sic solebant homines docti alterius p. Chr. saeculi. cfr. Arrian. Anab. 1, 26. 4 τὴν Ἑλλάδα γλώσσαν ἐξελάθοντο; Lucian. Bis accusat. 8 σὺ γὰρ εἰκας ἐκλελῆσθαι πάλιν τὴν ὁδόν. Apoll. 3, 4. 2 τὴν μαντείαν ἐπελάθειτο. (cum genetivo adhibitum 223, 11 αἰ δὲ ἐξελάθοντο τῶν βοῶν. Ceterum ἐκλαθέσθαι usque ad Polybium poeticum est magis; Attici ἐπιλαθέσθαι).

Loci significationes. Status ponitur, ubi motum exspectamus 227, 11 φύλακα τὸν Ἡφαιστον ἐπὶ τῶν ἄκρων ἐφίστησιν; 201, 25 μῆλον ἔρριψεν ἐν τῷ ἱερῷ. Similia multa exstant apud recentiores; Apollod. 1, 4. 3 μεθύσας δὲ Οἰνοπίων τὸν κοιμώμενον ἐτύφλωσε καὶ παρὰ τοῖς αἰγιαλοῖς ἔρριψεν. Ceterum luculentum, quantopere nutaverint in loci significatio-



nibus recentiores, exemplum apud eundem Apollodorum legitur 3, 15. 8 ἐν τῷ Ἀβυρὶνθῷ καθειργμένος ἐν ᾧ τὸν εἰσελεύοντα ἀδύνατον ἦν ἐξίεναι.

Motus pro statu: 235, 27 τοὺς πόδας ἐρριζώσεν ἐπὶ τὴν γῆν; 232, 5 ὁ μὲν κατέκρυσσε πῦρ εἰς τὸν οἶκον; similiter 230, 19; (aliter 223, 22 ἔκρυσσε ἐν τῷ προῶνι); porro 218, 16 τὸν ἐγκέφαλον τοῦ ἀρνὸς ἐδαίσατο πρὶν ἐπὶ τὸν βωμὸν καταθῆσαι. cfr. Dion. Hal. 1, 40, 6 ὁ βωμὸς, ἐφ' οὗ τὰς δεκάτας ἀπέθυσεν Ἡρακλῆς, καλεῖται . . . .

Gradatio. Et comparativi, qui inveniuntur, et superlativi e grammaticae legibus recte formati sunt. Augetur comparativi vis voculis *ικανῶς, πολύ, ἔτι*; superlativi vocula *ἐκτίπως*.

Articulus et Pronomina. Articulus ad vim accedit pronominis demonstrativi. 203, 18 ὅτι τὴν χάριν αὐτῷ Ἄρτεμις δίδοι; 220, 13 Ἀπόλλων δὲ Ἀθητοὶ δίδωσι τὴν χάριν. — Notandum 212, 13 τὸν παῖδα τὸν Ἴων θρηρεῖ; 208, 10 τὸν θερᾶποντα τὸν ὀπηδὸν τοῦ Ἄρθου, ubi quae antecedit, notio est latior. Sic solet liberior esse articuli usus apud posteriores; at similiter iam Alexandrinae aetatis poetae: τὸν Φοῖβον τὸν Ἀπόλλωνα; Arrianus dicit: τὸν ποταμὸν τὸν Νεῖλον; ὁ ποταμὸς ὁ Ἰνδός; τὸ ὄρος τὸν Κάκασον, similia (locos colligit Boehnerus, A. Sem. Erlg. IV, 29. 30).

Abest articulus 209, 10 παρήνεγκεν εἰς ἐμφανές, ubi εἰς τὸ ἐμφανές Attici; iterum 235, 22 προήνεγκαν εἰς ἐμφανές.

Semel altero in membro legitur οἱ δέ, cui in priore nihil respondet: 208, 21 σπύλιον ἐν ᾧ θηρίον ᾧκει μέγα καὶ ὑπερφυές καὶ αὐτὸ Ἀαμίαν, οἱ δὲ Σύβαριν ὀνόμαζον. Hoc exquisitae locutionis exemplum deletum a Martinio (l. l. 760) suppleri iubente: καὶ αὐτὸ <οἱ μὲν> Ἀαμίαν, οἱ δὲ Σύβαριν ὀνόμαζον. — Similia enim inveniuntur cum apud poetas vetustiores (Pindarum, Tragicos), tum apud Herodotum. Qua de re monuerunt quaedam Kuehnerus II 807 et Schneidewinus ad Soph. Oed. Reg. 603; tu conferas Xenophan. F. 1 et Herodot. 6, 105: τὸν Πᾶνα Ἀθηναίοισι κελεῦσαι ἀπαγγεῖλαι, δι' οὗ ἐωντοῦ οὐδεμίαν ἐπιμελείην ποιεῖνται ἕντος εὐνόου Ἀθηναίοισι καὶ πολλαχῆ γενομένον ἦδη σφι χρησίμον, τὰ δ' ἔτι καὶ ἐσομένον.

Adiungatur hic mira collocatio 224, 22 καὶ αὐτοῖς εἶπεν ὁ θεὸς ἰλάσασθαι δύο τοὺς ἑριοννίους θεούς. O. Schneider edidit: τοὺς δύο ἑριοννίους θεούς. Traditam scripturam defendit

Oder; quae tamen exempla profert, (ab Herchero ad Plutarchi de fluv. lib. 23, 1 composita) aliter sunt comparata, velut Plut. de fluv. 23, 1 *χρησιμὸν ἔλαβεν αὐτὸν ἔσσεσθαι τῆς νίκης ἐγκρατῆ, ἐὰν θεοῖς ἀποτροπαίοις θύσῃ δύο τὰς εὐγενεσιτάτας παρθένους;* porro ex libello de Vita et Poesi Homeri 145 ὁ Πυθαγόρας τοὺς ἀριθμοὺς μεγίστην δύναμιν ἔχειν ἠγοούμενος, καὶ πάντα εἰς ἀριθμοὺς ἀναφέρων, τῶν τε ἄστρον τὰς περιόδους καὶ τῶν ζῴων τὰς γενέσεις, δύο τὰς ἀνωτάτω ἀρχὰς ἐλάμβανε, τὴν μὲν ὠρισματῆν, μονάδα, τὴν δὲ ἀόριστον, δυνάδα καλῶν.\*)

Contra Atticorum usum dixit 212, 32 ὁ λέων ὑπὸ λιμοῦ τροσῆ ταύτῃ χρησάμενος; 237, 25 ἐκ χρόνῳ τούτῳ [p. 227, 16 autem αὕτῃ παρθένος ἦν συμπαικτρία coniungenda παρθένος συμπαικτρία]; ceteroquin adest articulus. Oderus utroque loco articulum inserendum putavit. At eadem ratione etiam in titulis recentioribus modo adest modo abest. Ex titulis Gr. S. P. Q. R. exempla colligit Viereck S. Gr. 61. Ex titulo Antiochi Commagenensis regis (fl. circa a. 50 a. Chr.), quem publici iuris fecit Puchsteinus (M. B. Ak. 1883 p. 49 sq.) addo haec: III a 30 νόμον δὲ τοῦτον φωνῆ μὲν ἐξήγγειλεν ἐμῆ, νοῦς δὲ θεῶν ἐκύρωσεν; III b 1 ἱερεὺς ὅστις ὑπ' ἐμοῦ καθέσταιται θεῶν ἠρώων τε τούτων; ibid. 5 ὅστις . . . τὰξιν λάβῃ ταύτην; IV b 16 μήτε βλάψαι μηδένα τρόπον κόμας ἐκείνας; I b 21 τόνδε χώρον, at II b 6 τόνδε τὸν τόπον. (de ὅδε Schmid. Atticism. II, 47).

τοιούτος ad ea quae secuntur spectat 212, 29 μηχανῆ τοιαύτῃ; 205, 2 quod contra usum Atticorum, proprium tamen Herodoti et recentiorum. Exempla ex Herodoto (qui eodem modo etiam τόνδε de rebus adhibet, quae antecesserunt) collegit H. Stein ad Herodot. 1, 137. 2; cfr. etiam Grundmann, Quid in elocutione Arriani debeatur Herodoto p. 54.

ἀντιός: pronominis casus obliqui saepissime abundant. Hoc

\*) Equidem nihil muto; multa enim, ut ex disputatione nostra elucebit, apud Liberalem leguntur, quae aliter constituta esse haud dubie velles. Qua de re quid sentiam paucis ut indicem, eum nos tractare puto scriptorem, qui Romanus natione (nomen enim scriptoris latinum est) graeco sermone tanquam patrio atque avito adeo non usus sit, ut eum in grammatici nescio cuius umbraculo intenta mente didicerit. Ad hanc vero sententiam propterea adducor, quia nunquam persuadere mihi possum, quaecumque ab integra Atticorum dictione, bis terve etiam a Graeco more distant, non ipsi libelli auctori esse imputanda, verum inscitiae librariorum correctorumque licentiae.



quoque recentiore evincit scriptorem. cfr. Oder p. 41. Imprimis moleste ad nomina cognationem quandam experimentia accedunt; 202, 8; 203, 12; 207, 8 saep.

Respicendum 201, 25 *ταύτην ἰδὼν Ἑρμοχάρης χορεύουσαν περὶ τὸν βωμὸν ἐπεθύμησεν αὐτῆς*, ubi Herodoteam deprehendimus abundantiam. cfr. 1, 32: *τούτων τῶν ἀπασέων ἡμερέων τῶν ἐς τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη . . . ἢ ἑτέρη αὐτέων*.

*αὐτοῦ* attributive positum reflexivam habet significationem 206, 6 *τὴν αὐτοῦ μητέρα ἐκ τῆς οἰκίας μετέστησεν*; 204, 20 *Γόργον τὸν [ἀδελφόν] Κυψέλον κατὰ τοὺς αὐτοῦ χρησμούς λαὸν ἔποικον ἀγαγεῖν εἰς Ἀμβρακίαν*. cfr. Schol. Apoll. Rhod. II 675 *Ἐκαταῖος δὲ μέχρι τῶν αὐτοῦ χρόνων εἶναί φησι τὸ τῶν Ὑπερβορέων ἔθνος*. Schol. Tzetz. Lycoph. 175: *Κρηθεὺς κτίσας Ἴωλκὸν ἐκ Τυροῦς τῆς αὐτοῦ ἀδελφιδῆς γεννᾷ Δίσινα Ἀμυθιάνα Φέριχα*. Plura apud Schmid, Atticism. II, 48, 49.

Attributive positum sine reflexiva significatione invenitur 203, 21 *οὗτος ἰερὰ Ἀήμητρος ἰδρύσατο <πλείστα>\* καὶ πλείστον αὐτῆς καρπὸς ἔλαβεν*; quod inde a Polybio haud raro admissum est. cfr. Stich, Act. Sem. Erlg. II, 162. Kaelker, Lpzg. Stud. III 257. Exempla ex recentioribus colligit Schmid, Atticism. II, 49; ex mythographis addo: Ap. 2, 5. 10 *παραθέμενος τὰς βόας Ἡρακλῆς Ἡφαίστῳ ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ζήτησιν ἠπέειπε*.

*ὅστις* elliptice; 206, 6 *τὴν μὲν αὐτοῦ μητέρα κατ' ἦντινα πρόφασιν ἐκ τῆς οἰκίας μετέστησεν*; 236, 20 *αὐτὸς μὲν κατ' ἦντινα πρόφασιν ἐσκήψατο εἰς θήρας ἰέναι*. Sic tamen iam inde ab Aristophane. Krueger 51, 15. 1.

*ὅσος* relativi pronominis significatione cum *πᾶς* coniunctum 229, 21 *ταῖς δὲ νύμφαις πᾶν ὅσον [ἦ] πλείστον ἐπέδωκεν εἰς κάλλος*. sic Attici, saepissime recentiores. Schmid, Atticism. I, 129; II, 135.

## 2. De verbo.

Ad verbum transeuntes de genere primum quae dicenda sunt, adnotabimus. Et medium quidem a recentioribus persaepe adhibitum esse, ubi Attici activum ponebant, notum est. Exempla sat multa iam alii collegerunt; ex mythographis addo haec: Apollod. 3, 12. 6 *οὗτος Μετώπην γημάμενος* (ubi e more suo *γῆμας* Hercherus. *γῆμασθαι* de viro usos esse, qui Atticismo

\*) Addo e more Antonini; cfr. 206, 28; 231, 20.

obsistebant, testatur Bekkeri Antiatticistes, Anecd. Graec. I. 1814 p. 77). — [Eratosth.] Catast. 258, 11 ὃν καὶ Μοῦσαι τὴν τοξείαν εὐράμενον τὴν τροφὴν ἀπὸ τῶν ἀγρίων ἔχειν ἐποίησαν. — Contra activum invenitur Apollod. 3, 5. 7 ἣ δὲ ἀνελοῦσα (infantem) ὑποβάλλεται, ubi exspectas ἀνελομένη. — Quae cum ita sint, minime temptabimus Anton. 205, 9 παραστήσασθαι χάλκεον αὐτῷ θῆρα. cfr. locutiones, quales: ἀνεστήσαντο δὲ βομούς, vel ἄγαλμα δῆμῳ Κέκροπος ἐστάσαντό με. — neque magis sollicites 235, 12 ἐπεὶ δὲ αὐτῷ πρὸς τὸ ἔργον οὐδὲν εἰνγγάνετο, πείθει τροφόν, ubi οὐδὲν εἰτύχανε vel οὐδὲν <ἐπ>εἰνγγάνετο requirit Oderus. cfr. quae antecedunt v. 9: ἀποινγγανομένῳ πρὸς τὸν γάμον.

Ceterum quam parum distinxerit Antoninus inter utrumque genus; ea ostendunt exempla, ubi eiusdem verbi eadem significatione modo activum ponit, modo medium. cfr. 216, 8 ἀπέλεγεν τὴν κλῆσιν et 236, 35 ἀπολέγεται τὸ χρονσίον; 232, 27 ἀπολοῦσασα τοὺς παῖδας, 232, 31 ἀπελοῦοντιο εἰ τοὺς βοῦς (noli ἀπέλονον τότε; εἰ necessarium); 211, 3 Ἦρα γὰρ αὐτῇ συνελάμβανεν, 221, 28 νύμφαι δὲ συνελάμβανον αὐτῷ et 213, 18 ἤψατο συλλαβέσθαι αὐτῷ τὸν Ἡρακλέα. (συλλαβέσθαι hoc sensu saepissime apud Apollodorum; activum adhibuit Epictet. Enchirid. 24).

Medii vis firmatur addito pronomine reflexivo 225, 12 Ἡρακλῆς συνεπήγετο μεθ' αὐτοῦ καὶ Ὑλαν. cfr. Dionys. Hal. A. 1, 68. 4 τὸν δὲ Παλλάδια καὶ τὰς τῶν θεῶν εἰκόνας κατασκευασάμενον ἀγαγέσθαι μετ' αὐτοῦ. (μεθ' αὐτοῦ F. K. Hertlein, Herm. X 409).

Γαμηθῆναι pro γήμασθαι invenitur 217, 2 et 220, 20. Apud recentiores inde a Philone Judaeo; locos conguessit, ubi addas Antoninianos, Lobeck ad Phrynich. p. 742. Similiter pro μαχέσασθαι μαχεσθῆναι dixit Apollod. 2, 3. 2. γεννηθῆναι pro γενέσθαι cum apud scriptores, tum in titulis τῆς κοινῆς invenitur (Kaelker, Lpzg. Stud. III, 300).

Futurum passivi legitur, ubi medium exspectas: 201, 27 ἐγγράπτο δὲ ὄρκος κατὰ τῆς Ἀρτέμιδος, ἣ μὴν γαμηθῆσεσθαι Ἐρμολάρεϊ. (sic alii quoque e. g. Apollod. 2, 4. 6). 204, 11 αὐτῷ νέμονται βοῦς προζάγονσιν Ἀπόλλων καὶ Ἀρτεμῖς καὶ Ἡρακλῆς κριθῆσόμενοι περὶ Ἀμβρακίας.

Aoristus medii et passivi eadem significatione: 218, 10



νόμιμον δ' ἔστιν ἐν τοῖς γάμοις πρότερον παρακλίνασθαι παρὰ τὸ ἄγαλμα τοῦ Λευκίππου. 236, 28 κατακλινεῖσαν; 237, 18 ὅτε κατεκλίνησαν, ἐξέφηρεν ἐαντήν ἢ Πρόκοις. ἐκλίνην primus adhibuit Aristophanes, deinde recentiores, quorum in deliciis fuerunt sec. aorist. pass. formae. (ἐτάγη adamavit bibliothecae auctor 2, 5. 10; 2, 5. 12).

De verbi temporibus. Praesens historicum vividam ut reddat orationem suam fervidamque, haud raro usurpat Antoninus; exempla in una quaque fabula inveniuntur.

Interdum praesens historicum et aoristum vel imperfectum coniunxit (poetarum imitationem suspicatur hac in re Kaelkerus, Lpzg. Stud. III 266 adnot. 2), velut:

231, 8 Ἀλκμήνη ἀποθνήσκει καὶ αὐτήν ἐξεκόμισαν.

228, 9 Μίλητος ἀποδιδράσκει καὶ . . . . ἔγημεν.

234, 16 κτείνουσι καὶ . . . . ἐξέλειπον.

225, 27 αὐτὸς ἔπλει, Πολύφημον δὲ καταλείπει.

Parthen. 156, 27 W. ἀνακοινοῦται τῇ μητρὶ καὶ πολλὰ καθικέτενε.

Imperfectum etiam et aoristus ita ab Antonino coniunguntur (praecivit iam Herodotus 1, 113, 1, 123):

230, 10 φῆγο καὶ . . . . ἔφρασε.

229, 21 ἐπεκράτησαν καὶ . . . . ἔλεγον.

224, 7 ἐποιήσατο γέλωτα καὶ . . . . ἐκέλεεν.

Quorundam verborum imperfectum maluit Liberalis, ubi aoristum exspectamus:

236, 21 εἰσαπέστειλλεν; 203, 26 ἀπέστειλλον; 203, 28 ἔπεμπε (224, 21 ἀπέστειλαν legitur); 228, 8 ἐξέβαλλεν; 234, 17 ἐξέλειπον; similiter 201, 1 Ἀλκιδάμας ἐκλαθόμενος τὸν ὄρκον, ὃν ὤμοσεν, ἐτέρω συνόκισε τὴν θυγατέρα; 211, 3 καὶ ἐπεὶ θᾶσσον ἢ Ἀηδῶν τὸν ἰσθὸν ἐξύφαινε (Ἦρα γὰρ αὐτῇ συνελάμβανεν) ὁ Πολύτεχνος ἀχθόμενος τῇ νίκῃ τῆς Ἀηδόνας ἀφίκετο πρὸς τὸν Πανδάρεων; 215, 16 ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν νυκτὸς ἐπελθόντες λησταὶ συνελάμβανον, οἱ δὲ ἐκ τῶν πύργων ἔβαλλον (οὐ γὰρ ἦσαν αὐτοῖς ἰσόμαχοι), πῦρ ἐνέβαλλον οἱ κλωπες εἰς τὰ οἰκία; ἐνέβαλον maluit Oderus. sed imperfectum singula rei de qua agitur momenta significat, sicut saepissime apud Herodotum; utrum ad finem perducta sit necne, non curat scriptor.

Perfectum sensu praesentis temporis invenitur: 205, 20 τὴν πόλιν Ἡρακλέους καὶ τῶν ἐκείνου παίδων νενομίσασι. saepius

sic perfectis utitur Herodotus, velut 1, 173 *ἐν δὲ τὸδε νενομίκασι καὶ οὐδαμοῖσι ἄλλοισι συμφέρονται ἀνθρώπων*. plura dabit Stein ad Herod. 1, 142, 8. — Ant. Lib. 224, 11 *ὑπὸ θεῶν καὶ ὑπὸ ἀνθρώπων μεμίσγεται*.

Eodem modo plusquamperfectum imperfecti significatione exstat 204, 8 *ὁ δὲ Κραγαλεὺς οὗτος ἐγεγόνει γηραιὸς*; 228, 21 *τὸ πάθος ἄρχι μὲν ἐδύνατο κρύπτειν ἐλελήθει τοὺς γονεῖς*; 232, 2 *πλείονα χρόνον ἐλελήθει πρᾶσσόμενον ἄχαρι καὶ ἄθεσμον ἔργον*.

Recentiorem autem temporumque significationis prorsus ignarum scriptorem haec ostendunt exempla :

209, 6: *δεινὸν ἐποιήσατο μὴ οὐκ ἀμῦναι πρὸς δύναμιν, ἀλλὰ περιεῖδεν οἰκτρῶς ἀναιρεθέντα τὸν παῖδα*, ubi quam ob rem aoristum posuerit Antoninus tuo iure quaeres.

215, 16: *Ζεὺς δὲ οὐ περιεῖδεν αὐτοὺς ὁσιότητος ἕνεκα τελευτήσαντας* (Verheykius olim *τελευτήσοντας* scripsit; sed huic emendationi sicut similibus priorum nemo iam hodie fidem habebit). Eiusdem negligentiae exempla ex Polybio collecta dat Kaelkerus, Lpzg. Stud. III 266; tu cfr. Apollod. 3, 1, 3 *ἔφη (Μίνως) εἴ τι ἂν εὔξεται, γενέσθαι*.

De modis verbi pauca sunt proferenda: *Εἰ* cum coniunctivo coniunctum exstat 231, 1 *Εὐροσθεὺς Ἀθηναίους πόλεμον προέλεγεν, εἴ μὴ Ἡρακλείδας ἐξελάσσωσιν*. Qui usus poetis proprius (locos apud Kruegerum (54, 12, 2,)) apud Atticos scriptores dubius, haud infrequens apud recentiores. cfr. Kuehner<sup>2</sup> II 398, 2. 2. Exempla ex Luciano colligit Du Mesnil, grammatica, quam Lucianus in scriptis suis secutus est, ratio ect. (Stolp 1867) p. 23'24. cfr. Apoll. 2, 5. 10. — Sic titubabant recentiores in adhibenda particula *ἄν*: in senatus consulto anno 78 facto (Viereck S. G. p. 34) leguntur haec: *εἴ τινα κριτήρια περὶ αὐτῶν ἀπόντων μετὰ τὸ ἐκ τῆς πατρίδος ὀρυῆσαι γεγονότα εἶναι, ταῦτα ὅπως εἰς ἀκέραιον ἀποκατασταθῆι καὶ ἐξ ἀκέραιου κριτήριον κατὰ τὸ τῆς συγκλήτου δόγμα γένηται. εἴ τινα χρέματα αἱ πόλεις αὐτῶν δημοσίᾳ ὀφείλωσιν, μὴ τι εἰς ταῦτα τὰ χρέματα δοῦναι ὀφείλωσιν*. In titulo Attico aetatis Romanae (C. J. A. III, 5. 27) bis legitur *ὅπως ἂν* cum optativo: *ἐπεὶ δὲ προσήκει τοῖς ἐφήβοις τὴν τοσαύτην ὁδοιπορῆσαι ὁδόν, χορειῶν (?) καὶ θυσίων καὶ σπονδῶν καὶ παιάνων τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν μετέξειν, ὡς ἂν τὰ τε ἱερὰ μετὰ φρονῶς ἰσχυροτέρως καὶ πομπῆς μακροτέρως ἔγοιτο οἷ τε ἐφήβοι παρακολουθοῦντες τῇ περὶ τὸ θεῖον τῆς πό-*



λεως θεραπεία και ἄνδρες εὐσεβέστεροι γένοιτο. (Plura de hoc titulo apud Dittenbergerum Herm. I. p. 416 sq.; Riemann, Rev. de philol. V 1881, p. 180).

Restat ut adnotetur 203, 9 traditum esse: ἐπέκλωσαν γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον αὐτὸν ἔσεσθαι χρόνον, ἐφ' ὅσον ἂν ὁ δαλὸς διαμένει. διαμένει corruptum. διαμένοι Bastius alii. διαμένη Teucherus; et sic scribendum est. Ceterum *ει* pro *η* in titulis quoque Atticis haud rarum; cfr. van Herwerden, Lapid. testim. p. 6.

De infinitivo. ὅτι particulam adhibuit, ubi Attici infinitivum ponebant: 214, 27 ὤμοσεν ὅτι πρότερον τίσεται τὸν τύραννον ἢ τὸ σῶμα καθαιρήσει τὸ τῆς ἀδελφῆς. Hoc quoque proprium τῶν κοινῶν qui dicuntur. cfr. e. g. Arrian., An. 1, 4, 7 τοὺς Κελτοὺς ἤρετο . . . ἐλπίσας ὅτι μέγα ὄνομα τὸ αὐτοῦ και ἐς Κελτοὺς και ἔτι προζωτέρω ἔκει και ὅτι αὐτὸν μάλιστα πάντων δεδιέναι φήσουσιν. Plura apud Kruegerum ad h. l. II, 21; Boehner, A. S. Erlg. IV, 52; Schmid, Atticism. I, 242.

Verbum ἀγαπᾶν cum infinitivo iunxit more recentiorum 235, 31 αὐτὴ φυγοῦσα τὴν ὀμιλίαν τῶν ἀνθρώπων ἠγάπησεν αἰεὶ παρθένος εἶναι. cfr. Lucian. Dial. Mort. 12, 4 οὐκ ἠξίωσα, inquit Alexander, τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν περιέπων ἀγαπᾶν ἀρχεῖν ὁπόσων ὁ πατὴρ κατέλιπεν; Herodian. 2, 15, 4 τὴν τιμὴν ἐπέδξαστο ἀσπασίων, ἀγαπήσας ἀνευ μάχης και κινδύνου λαβεῖν ταῦτα ὧν ὠρέγετο.

3. In adhibendis *negationibus* (in quibus saepissime peccarunt recentiores, raro boni scriptores; ex Herodoto exempla colligit Stein ad 3, 65. 21) rectam in universum ingressus est viam. Memoratu tamen digna: 206, 20 ἡ Βουλὶς ἐγένετο πῶνγξ και αὐτῇ τροφήν ἔδωκεν ὁ Ζεὺς μηδέν ἐκ γῆς φνόμενον, ubi cur μηδέν dixerit, non assequor. 203, 18 δύο δὲ τῶν Ἀλθαίας θυγατέρων φασὶν κατ' εὐμένειαν Διονύσου μὴ μεταβαλεῖν, ὅτι τὴν χάριν αὐτῷ Ἄρτεμις διδοῖ. μί quia optandi verbum obversatum videtur scriptori.

4. De *praepositionibus* haec fere videntur notanda esse: ἀντικρὺς de loco usurpatur 223, 24 ἀντικρὺς Ἰταλίας και Σικελίας, more recentiorum (e. g. Appian. Punic. 8, 103; Lobeck, Phrynich. p. 444). Attici: καταντικρὺ; Phrynich. p. 443.

ὁπὸ contra Atticorum vel omnino Graeci sermonis usum dixit 209, 6 περισπύσας ἀπὸ τοῦ Ἀλκωντέως τὰ στέμματα. Non

minus singulare 212, 33 *τάχιστα διαμωσθηεὶς ἀπὸ μὲν τῶν ἄλλων καταλείπεται.*

*ἄχρι* de loco 223, 15 *ἄχρι Τεγέας*, sic Herodotus et recentiores inde a Polybio; de tempore 234, 30 *ἄχρι πλείστον*, diutissime. cum adverbio temporali coniunctum, quod saepius apud recentiores 202, 13 *ἄχρι νῦν*, 203, 15 saep. — *ἄχρι πρὸς*, *ἄχρῃς πρὸς*, *μέχρι πρὸς* adamavit Antoninus; 211, 22; 212, 3; 213, 17; 213, 23; 229, 6; 232, 26. Sic raro Attici, at saepius *οἱ κοινοί*. Polybius *μέχρι πρὸς* ter, *ἄχρι πρὸς* semel usurpat. Krebs, Praeposit. bei Polybius p. 20. — Saepius etiam apud Lucianum. Schmid, Atticism. I, 397. Ceterum *ἄχρῃς* repugnat Atticorum consuetudini. cfr. Moeris p. 34 *ἄχρι, ἄνευ τοῦ σ' Ἀττικῶς, ἄχρῃς Ἑλληνικῶς*; Rutherford, the new Phrynich p. 64.

*εἰς*, semel *εἰς* p. 225, 2. Exquisita locutio 226, 1 *εἰς τρεῖς ὁ ἱερεὺς φωνεῖ καὶ εἰς τρεῖς ἀμείβεται πρὸς αὐτὸν ἡχώ*, Pindaro adhibita Herodoto aliis. Praepositionem adhibuit, ubi omittebant Attici 222, 13 *τοσαῦτα ἐκερτόμησεν εἰς τὰς νύμφας*, cfr. Euripid. Helen. 619 K. *οὐκ ἐὼ σε κερτομεῖν ἱμᾶς τόδ' αὐθις . . .*

*ἐκ*, notandus hic praepositionis usus 224, 10 *ὁ δὲ ἐγένετο ποικίλος ἐκ τοῦ σώματος ἀσκάλαβος*; 222, 19 *φαίνεται ἐπὶ τῶν ζύλων καὶ ἐστὶν ἀγκύλος ἐκ τῶν ὀδόντων*. Attici simplicem accusativum ponunt. At cfr. Lucianum, Timon 26: *βαρὺς ἐκ τοῦν σκελοῖν*; bis Accus. 9 *εἰπεῖν ὅστις οὗτος ὁ προσιών ἐστίν, ὁ κερασφόρος, ὁ τὴν σύριγγα, ὁ λάσιος ἐκ τοῦν σκελοῖν*. Adiungenda locutio 226, 1: *αὐτὸν ἐξ ὀνόματος ὁ ἱερεὺς φωνεῖ*, recentioribus propria. cfr. Diog. Laert. 8, 71 *πρὸς δὲ τὸν Ἡρακλείδην καὶ ἐξ ὀνόματος ποιεῖται τὴν ἀντίρρησην ἐν τῇ τειάργῃ*; similiter Appian. 8, 81 *ἐξ ὀνομάτων*, Polyb. 18, 28. 4 *ἐπ' ὀνόματος*. Mire porro dixit 211, 28 *Ἀφῶν . . . ἀπεῖργεν ἐκ τοῦ Πολυτέχρον τὰς μνίας*, quae nescio an dixerit ad similitudinem p. 207, 27 *ἐξήλασε τὰς ἴππους ἐκ τοῦ λειμῶνος*.

*κατὰ*, adamavit *κατὰ θεός*, *κατὰ μῆριν*, *κατὰ ὄργην*, *κατὰ φιλοφροσύνην*, *κατὰ ἀνάγκας*; *κατὰ βίαν* 220, 4 ubi *βίε* antiqui. Adhibuit etiam 208, 29 *καλὸς κατὰ τὴν ὄψιν* (adamatum imprimis a Polybio, cfr. Stich, A. Sem. Erlg. II 152) quocum cfr. 212, 18 *οὗτος ἦν εὐσχήμων τὴν ὄψιν*. de tempore:



203, 15 αἱ δὲ ἄχρι νῦν ἔτι καὶ ὥραν ἔτους λέγονται πένθος ἐπὶ Μελεάργῳ φέρειν: ‚certo anni tempore‘.

παρὰ causali appropinquat significationi 235, 4 γένος δ' ἦν τοῦ Νικοκρόντος ἀπὸ Τεύκρον τοῦ ξυνηλότου Ἴλιον Ἀγαμέμνονι, παρ' ὃ καὶ μᾶλλον ὁ Ἀρχεοφῶν ἐφίετο τοῦ γάμου τῆς παιδός; 204, 23 Φαλαίῳ δὲ τυραννοῦντι τῆς πόλεως αὐτοῦ κατὰ μαντείαν Ἀμβρακιώτας ἐπαναστῆσαι, καὶ παρὰ τοῦτο [πολλοὺς] ἀπολέσθαι τὸν Φάλαικον. Sic frequenter inde ab Aristotele, imprimis apud grammaticos; exempla apud Krebs, l. l. p. 53. Ad 204, 33 cfr. Polyb. 3, 16, 6 διεψεύσθησαν δὲ τοῖς λογισμοῖς. κατετάχθη γὰρ αὐτοὺς Ἀντίβας ἐξελὼν τὴν Ζακανθίων πόλιν. καὶ παρὰ τοῦτο συνέβη τὸν πόλεμον οὐκ ἐν Ἰβηρίᾳ, πρὸς αὐτῇ δὲ τῇ Ῥώμῃ καὶ κατὰ πᾶσαν γενέσθαι τὴν Ἰταλίαν. Notandum 228, 9 λύκοι . . . ὄρεγον παρὰ μέρος γάλα. vicissim. sic Aristoteles, Apollodorus, Alciphron alii. Dicebatur ἀνὰ μέρος, κατὰ μέρος, interdum ἐν μέρει. πρὸς. saepius apud Antoninum significat: ‚in Bezug auf‘ 206, 30 καὶ πρὸς ὑπερβολὴν αὐτοῦ τῶν ἔργων μετέβαλον οἱ ἄνθρωποι τὰς τιμὰς τοῦ Διὸς καὶ ἔγνωσαν αὐτὰς εἶναι Περίφαντος. 203, 27 ἀπέσειλλον οἱ Τεῦκροι πρὸς τὸν Ἰέρακα καὶ ἐδέοντο πρὸς τὸν λιμὸν ἐπαμῦναι. 208, 2 ἴ μήτηρ . . . διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν οὐδὲν ἐδυνάθη πρὸς τὸν ὄλεθρον ἐπαμῦναι.

5. In fine huius capituli haec liceat monere:

Anacolutias vitare studuit Antoninus; semel dixit 212, 12 Ἀηδῶν καὶ Χελιδονίς ἣ μὲν παρὰ ποταμούς καὶ λόγμια τὸν παῖδα τὸν Ἰττον θρηρεῖ, Χελιδονίς δ' ἐγένετο σύνοικος ἀνθρώποις; ubi noli sequi Munckerum, quem tamen nuper secutus est G. Knaack (Woch. f. kl. Phil. 1890. p. 38), supplementem: Ἀηδῶν δὲ καὶ Χελιδονίς <τῶ αὐτῷ ὀνόματι λέγονται>. Avium enim nomina esse ἀηδῶν et χελιδονίς in tanta rei perspicuitate quis est quin perspiciat? Herodotum imitatur Liberalis; cfr. 2, 106 τὰς δὲ στήλας τὰς ἴσθη κατὰ τὰς χώρας ὁ Αἰγύπτιον βασιλεὺς Σέσωστρις, αἱ μὲν πλεῦνες οὐκέτι φαίνονται περιεοῦσαι, ἐν δὲ τῇ Παλαιστίνῃ Συρίῃ αὐτὸς ὄρεον εἰούσας καὶ τὰ γράμματα τὰ εἰρημμένα ἐνεόντα καὶ γυναικὸς αἰδοῖα (ubi vide Steinii adnotationem).

Contra usum Atticorum dixit 237, 9, πάντα (sc. Θρησία) ἐχειροῦντο, quem tamen sequitur 222, 16 ποιμνία ἠφανίσθη; 234, 6; 237, 14 ἅπαντα συνέφερε πρὸς τὴν Πρόκριν.

## Caput alterum.

### De copia verborum.

In eligendis vocabulis Antoninus, ut mos erat scriptorum anteriorum, non eam adhibuit diligentiam, quam boni Attici ceptis nimirum Xenophonte et Platone, quorum alter permulta ionica dialecto, alter ex poetarum sermone in usum suum (invertit) omni tempore exercuerunt. Concedo Antoninum quod e usum esse vocabulis locutionibusque quae apud omnes antiquos scriptores inveniuntur; tamen praeter haec *ὀνόματα*, quae dicuntur *πολιτικά*, cum pauca obsoleta et recondita (diligenter Odero p. 37 collecta: notandum est *κλεμμύς* 230, 5 ab Hesychio per *χελώνη* explicatum) sibi vindicavit, tum permulta ex poetarum deprompsit sermone. Neque miraberis talia quod e vocabula inveniri, quae a recentioribus demum sive ficta sunt e e communi posterioris aetatis sermone petita erant. In locutionibus priore loco ea recensentur vocabula, quae e poetarum sermone deprompsit Liberalis; succedant quae propria sunt *τῶν νεωτέρων*.

1. E poetarum igitur sermone apud Antoninum desumpta sunt haec vocabula:

*ὄσος* 210, 9.

poetae inde ab Homero; Herodotus. Lucian. de Syria dea 60. In pedestri sermone Pedanius Dioscorides 5, 131 Sprengel; Ev. Matth. 13, 48 Tischend. (antea legebatur *ἀγγεῖα*). cfr. Hesych. *ἄγγος ἀγγεῖον*.

*ἀλη* 207, 19.

Hom. Pind. Trag.; Plato, Xenophon. Inter recentiores saepius Diodorus Siculus, Plutarchus, Apollod., saepissime Dionysius Hal.

*εἶλος* 222, 19.

poeticum (Nicand. Theriac. 183); posteriorum primus ut videtur Lucianus.

*ὄσος* 236, 22.

poetae inde ab Homero; Attici; recentiores.

*ἐπιός* 206, 19.

poetae inde ab Homero; Herodotus. — *ἀγνεπιός*, Suidae

si fides est habenda, (s. v. *αἰγυπιόν*. οὕτως οἱ παλαιοὶ ἀλλ' οὐ γῦπα), a veteribus ea dicebatur avis, quae a recentioribus γύψ nominabatur. Nicander tamen *αἰγυπιόν* et γῦπα diversos fecit; Theriaca 406 *Αἰγυπιοὶ γῦπές τε, κόραξ τ' ὀμβρήρεα κρώζων*.

*αἴσιος* 212, 7 (*αἰσίαν* 207, 14).

poetica vox.

*ἀμείβομαι* 226, 1.

Hom. Trag. Herodot.

*ἀντίπαις* 214, 30.

Trag.; οἱ νέοι κωμικοὶ (Pollux 2, 9); Polyb., Lucian. (cfr. Goetzeler. Quaest. in Appiani et Polybii dicendi genus 1890 p. 83). Plutarch.

*Ἄονία* 224, 20; *Ἄονες* 225, 6.

poetica vox. cfr. O. Schneider, Nic. p. 47 adn. 2.

*ἀπαγχονίζω* 215, 7.

Anth. Pal. XI, 111; XI, 196 clausula versus: *αὐτὸν ἀπηγχόνισεν*. Mythographi: *ἐαντὶν ἀνήρτησεν*.

*ἄπλετος* 221, 4.

poetae inde a Pindaro; Herodot.; Plato, Xenophon. Schol. Apoll. Rhod. 1, 574 *ἄπλετοι ἀπροπέλαστοι, μεγάλοι*; Poll. 3, 88. E Polybio Diodoroque locos congerit M. A. Kreling, De usu poeticorum et dialecticorum vocabulorum apud scriptores Graecos seriores. 1886. p. 9. — Apollodor, 2, 5. 5 *ὄρνιθες ἄπλετοι*.

*Ἄσπερσία* 232, 18.

poetica vox.

*ἄτερ* 221, 12.

poetarum proprium; raro in pedestri recentiorum sermone, Dionys. Hal. A. 3, 10. 3. Plut. Num. 14.

*αὐγί* 210, 16.

splendor solis. vox apud Homerum frequentata; inde Xenophon (Apomnem. 4, 7. 7).

*αὐτις* 220, 19 saep.

forma ionica; 223, 24 *αὐθις* legitur, ubi *αὐτις* flagitat Schneider.

*ἄφατος* 217, 25.

poetica vox, Herodot.; inter recentiores Polybius, Plutarch.



ἄχος 207, 30.

poetae inde ab Homero. Xenophon. Posteriorum Plutarch. alii.

γλήχων 224, 5.

ionica vox. cfr. Greg. Cor. p. 40. Schäfer: *Βλήχωνα οὐ διὰ τοῦ γ, γλήχωνα, ἀλλὰ διὰ τοῦ β, προσφέρουσιν Ἀττικοί.*

δαίνυμαι 211, 21.

poetae inde ab Homero.

δαίς 221, 23.

apud poetas, Herodotum, nonnunquam apud Platonem.

δέρος 202, 26.

sic tragici Apoll. Rhod. Nicand.; recentiores de vellere aureo arietis a Phrixo immolati. Attici: *δέρμα.*

διχόμυθος 223, 29.

Solon fr. 42 B. (*γλῶσσα δέ οἱ διχόμυθος ἐκ μελαίνης φρενὸς γεγωνῆ*); Euripid. Orest. 882. In pedestri sermone primus, ut videtur, Antoninus.

εἰλαπίνη 204, 27.

Hom. Euripid. Callim.; Plutarch. Lucianus.

ἐκλίμπω 219, 1.

Tragici, Lycophron; Plato, Xenophon; recentiores a Polybio.

ἐκλιμπάνω 217, 10.

Euripid. (Med. 795, El. 907 K.). — *καταλιμπάνω* apud Thucyd. 8, 17; *ἀπολιμπάνω* Arrian. Lucian. Plutarch.

ἐκμαίνω 220, 31.

Sophocl. Euripid. Theocrit.; recentiorum Lucian., Aristid.

ἐνερείδω 227, 12.

poetae (Hom. τ 382); Plut. Lucian., alii.

ἔντομα 205, 21.

Herodot. Apoll. Rhod. (1, 587 et schol., 2, 926).

ἐξερεννάω 214, 35.

Sophocles; apud LXX (locos conguessit Goetzeler, Quaestiones ect. p. 87); Polybius, Plutarchus.

ἐπαΐσιος 232, 6.

vox Herodotea. Anonym. d. Incred. 322, 28 W. (cfr. Bast. ad Greg. Cor. p. 530 adn. Schf.)

ἐπαγλῶ 209, 22.

Apoll. Rhod. Quintus Smyrn.

- ἔρεμνός* 220, 16.  
poetae inde ab Homero.
- ἔρωέω* 207, 24.  
Hom. poetae Alexandrini.
- ἔσθημα* 211, 9.  
Tragici, Thucyd. (Krueger ad 3, 58. 2); Philo, Aelian.
- ἔσχατιά* 205, 25.  
Hom. Pindar.; Herodot.; aliquotiens apud Platonem  
Demosthenemque. Inter recentiores adhibent Lucian.,  
Plutarch. Aristides, alii.
- εὐνή* 227, 30.  
poetae; Hippocrates (p. 664, 57: *σφόδρ' ἔχθεται τὴν  
εὐνήν*).
- ἠέροπος* 218, 22.  
ionica, ut videtur, vox = *ἀέροπος* = *ἀέρουψ*. cfr. Aristot.  
N. H. VI, 1 *ὃν δὲ οἱ Βοιωτικοὶ καλοῦσιν ἀέροπα* (trad.  
*μέροπα*, corr. Schneider Saxo) *εἰς τὰς ὁπὰς ἐν τῇ γῆ  
καταδύμενος νεοττεύει μόνος*.
- ἠέραψ* 218, 20.  
Euripid. Anth. Palat. Hesych: *ἠέραψ* *ἠεράπων, οἰκέτης,  
δοῦλος, ἀκόλουθος*.
- ἠρέμματα* 208, 23.  
Tragici, Plat.; recentiores.
- ἴσχω* 221, 13.  
poetae; Thucyd. Plat. Xenophon; recentiores.
- ἴμερος* 221, 17.  
Hom. Herodot. Plato.
- Καδμεῖοι* 237, 25, 27, 29.  
poetica vox.
- κακάγγελος* 216, 27.  
Aeschylus; Plutarchus.
- κάλπεις* 211, 14.  
poetae inde ab Homero; Plutarch. Lucianus.
- καταφράζω* 211, 28.  
poetica vox. Hesiod., Pindar., Solon. Herodot. 4, 76  
*καταφρασθεῖς αὐτὸν ταῦτα ποιεῦντα*.
- κατέδω* 234, 28.  
poetae: *οἱ κοινοί*.

ξερισμέω 222, 13.

poetae. Rutherford, the New Phryn. p. 15, adn. 12.  
Galenus, Cassius Dio.

κενθμών 215, 28.

poetae; Strabo.

κηδέω 202, 9; 215, 1.

Tragici; Herodotus — sepeliendi significatione nusquam  
in pedestri Attic. sermone. — Recentiorum Apollodor.

κνιπολόγος 215, 25.

Nicander: κνιπολόγος πιπώ?

κοίτη 209, 10.

Herodotus; Euripides. Plato; saepius apud Plutarchum.

κορεια 227, 27.

Lycophron, Anth. Pal., Dio Chrysostom.

κορύσσομαι 208, 6.

Hom. Hesiod.; Plutarch. Clem. Alex.

κορωνίς 225, 9 (ubi malim: Κορωνίδας παρθένος).

cfr. carm. Isyll. Epid. Wilamowitz, Phil. Unters. IX p. 13.

κοῦρος 217, 24; 236, 22.

ionica forma; Bibliothecae auctor adhibuit eam in locu-  
tione pluriens repetita: κούρους καὶ κόρας τὰς ἴσας.

κορηίς 211, 14.

Euripides.

κρημνάω 215, 6 (ἐκρήμων scriptum olim in P, inde effectum

ἐκρήμων). cfr. Naber, Mnemosyn. n. s. IX, 70. Nauck,  
Jambli. p. 166. — poetae (hymn. Hom. 7, 39); Laertius  
Diogenes (6, 50).

κρύος 223, 31.

Hesiod.; Plato; Plutarch. Lucian.

κρυφαῖος 234, 16.

Pindar.; Plat.

κρωσσός 225, 17.

Tragici, Theocrit. (13, 46); Plutarchus.

κτερίζειν 233, 83.

Homer., Tragici Anth. Pal.

κύνειος 220, 19.

poetae; Plato.

λαγώς 213, 10.

epici. recentiores inde ab Aristotele.

λάρναξ 231, 14.

Hom.; Herodot.; Thucyd., Lucian.

λουτρά 232, 19.

Nicaenet. apud Parthen. 164. 17: *Κάρια ἰρά λοετρά.* —  
*ξείθρα* solent mythographi.

λόχη 211, 8.

Hom. Pind. Euripid.; inde ab Aristotele (Plutarch.,  
Apollodor., Longus, alii).

μείλιγμα 225, 8.

poetica vox; Plutarch.

μήθεα 218, 7.

Hom. Hesiod.

μῆνις 202, 22.

poetae Herodot., Plato; recentiores.

μηνίω 203, 29.

poetae Herodot.; recentiores, imprimis mythographi.

μόρος 221, 10.

poetae Herodot.; LXX, Plutarch., Phal. epist. (5, 23 et  
25). cfr. Rutherford, l. l. p. 15 adn. 14.

νεικέω 216, 25.

Hom. Herodot.

νεῖκος 202, 28.

poetae inde ab Homero; Plato, Xenophon.

νεμεσάω 207, 2.

poetae; interdum apud Plat. et Demosth. Recentiorum  
Plut. Lucian. Aristides, alii.

νυκτίφοιτος 216, 11.

Lycophron. Orph. in Dian. hymn. 6, Synesius hymn.  
2, 3. cfr. *νυκτίπολος* poetica vox a Luciano adhibita.  
(Peregrin. 29.)

ὄβελός 216, 24,

Hom. Herodotus.

*οἰκία*, *τά* passim (sic semper scribendum, non *οἰκεῖα*, quod prae-  
bet interdum codex; aliis locis iam ipso in cod. *οἰκία* ex  
*οἰκεῖα* effectum. sic 211, 11).

Hom. Herodot. alii.

οἰκίτης 236, 22.

*οἰ*  
ionica forma. codex: *οἰκέτην* a prima manu. Quod  
recipiendum cum Bastio: *οἰκίτην*.

ἴλιξ 216, 18.

Epici; Herodotus; Plutarch. Lucian. alii.

ἡδός 208, 11.

forma videtur ionica. Homer. hymn. Merc. 450; Tragici ὀπαδός et sic Plutarch. Maximus Tyr. alii. Lobeck, Phryn. p. 431.

ἡεις 206, 13.

Tragici Xenoph.; Polyb. Plutarch.

ἡώλεθρος 207, 4.

Tragici, inde Herodotus; Polybius, Appian. alii.

ἡοθενία 212, 15.

Pindar., Tragici, Ap. Rhod.; Dionys. Hal. Nov. Test. Plutarch.

ἡανῆτις 224, 2.

Lycophron, Charin. apud Ptolemaeum, N. Hist. 199, 9 W.; Byzantini.

ἡίξ 204, 7.

Tragici; LXX, Nov. Test. Lucian.

ἡίσσω 204, 7.

poetae inde ab Homero (rarissime apud Atticos). Posteriorum saepius Plutarchus.

ἡίμνιον 211, 26.

Tragici Herodotus; Platon; Nov. Test. Lucian. alii.

ἡοις 223, 9.

Hom. Sophocl. Theocrit.

ἡών 210, 18.

Hesiod.

ἡρω 232, 25.

poetae; in pedestri sermone primus Aristoteles; Lucian.

ἡωφίδαί 204, 17.

cfr. Schneider, Nic. 47. adn. 2.

ἡπέλος 223, 17.

poetae; inde posteriores.

ἡύμνος 205, 4.

Hom. Herodot. Tragici; inde ab Aristotele.

ἡρός 231, 13.

Hom. Herodot. Aristoph., inter recentiores Lucian.

ἡείρα 226, 27.

Tragici, Theocrit. Ap. Rhod.; inde a Diodoro.



στέρον 205, 6.

Hom. Herodot. Tragici; οἱ κοινοί.

συμπαίκτη 220, 30.

Aristophanes — similiter formatum νεμίττια legitur in titulo urbano quarti p. Chr. saec.

συμφλέγω 207, 6.

Euripid. Lycophron; Plutarch, Max. Tyr. (diss. 13, 4: improprie). Lucianus eodem sensu usurpat (Timon 10) καταφλέγω. cfr. Parthenius 25: τὰ πολλὰ τῶν κτημάτων κατέφλεξεν. Augustus (Ditt. Syll. 271) a. ut videtur 31: ἀποβαλεῖν πολίτας, οὐκ ὀλίγους μὲν φονευθέντας, τινὰς δὲ καὶ συνκαταφλεγέντας τῇ πόλει.

συνάντομαι 232, 25.

Phryn. p. 288 L: συνήντετο καὶ ἀπίντετο ποιητικά. καὶ οὖν ἀπήντησε λέγειν καὶ συνήντησεν.

σύννομος 207, 9.

Tragici, Aristoph. Plato; inde ab Aristotele.

σφυρά, τά 208, 18.

Pindar., Theocrit. posteriores poetae.

Τηλεβόαι 237, 24 et 29.

poetica vox.

ἴμος 218, 1 (in P deest accentus).

Archil fr. 78. 2 B; Aesch. Choeph. 909 H.

ἔλογάος 222, 18.

poetica vox.

ὑψιπετής 217, 8.

Hom. alii; in pedestri sermone primus, ut videtur, Lucianus (Icarom. 11).

φύσις 237, 5.

Nicand. fr. 107 = Anth. Pal. XI, 7.

Haec sunt vocabula poetarum e sermone deprompta; quae magnam partem ex ipsis historiolarum fontibus poeticis procul dubio originem duxerunt, licet ea ipse Antoninus non e poetis, sed ex secundario quodam fonte sibi adsumpserit.

2. Posteriorum scriptorum propria haec sunt vocabula:

ἄθεσμος 232, 3.

Plutarch. alii; praeivit Theocritus: ὄχλος ἄθεσμος.

ἀθροῦν 224, 6 (ἐξέπιε τὸ ποτόν)

hac significatione saepius apud Plutarchum (Quaest. Conv. III. 650 B; VII 698 C; VII 699).

ἀνάθεσις 231, 22.

primus ut videtur Appianus (B. C. 2, 115), Herodian. (7, 4. 3). cfr. Goetzeler, l. l. p. 60. Etiam ἀνατίθεσθαι τι ἔς τι (differre aliquid in futurum tempus) posteriorum, Plutarchi, Appiani, aliorum est.

ἀνεῖπεν ὁ θεός 202, 11.

Postiores sic locutos esse testatur Pollux 1, 17. — Mythographorum Apollodor. 2, 8. 2.

ἀπολέγεται 236, 25: τὸν χρυσόν; 231, 3 τὸν πόλεμον οὐκ ἀπολέγονται. Sic recentiores inde a Plutarcho. (e. g. Moral. 726 A.). cfr. p. 216, 8: activum eadem significatione inde a Polybio.

ἐκτόπως 210, 1.

inde a Polybio omnes. cfr. Goetzeler, l. l. p. 129.

εἰς ἀποσιέλλω 236, 21.

Euripid. Orest. Argum. p. 41, 7 Ἐλένην εἰς ἀπέσειτε — Similiter Polybius 3, 94. 6 ἐπαπέσειτε, ubi noli scribere ἐξάπεσειτε. (cfr. C. Wunderer, Act. S. Erlg. IV, 244).

ἰσόμαχος 215, 15.

Dionys. Halic. Appian.

ἱεροργῶ 219, 21.

inde a Philone Judaeo; Nov. Test. Herodian. Palaephat. 275, 7 W. alii.

κατά 208, 10.

οἱ κοινοὶ inde a Polybio; saepius etiam in titulis recentioris aetatis. cfr. Kaelker, Lpzg. Stud. III, 300.

κατόρθωμα 213, 5.

inde a Polybio fere omnes.

κλοπιμαῖος 223, 27.

primus, ut videtur, Lucianus (Icarom. 20).

κρατέω 227, 20, κρατοῦσαι τὰς ἐναντιῶν χεῖρας. Sic recentiores; similiter Plut. de fluv. 3, 4 p. 44 H. οἱ δ' ἐγχώριοι νεβρίδας περιβεβλημένοι καὶ θύσσους κρατοῦντες ὕμνον ᾄδουσιν.

μεγαλομερῶς 218, 13 genuine: ex magnis partibus; inde a Polybio: splendide, laute. (e. g. Pol. 16, 26, 9). In titulo Sestiano (c. a. 120 a. Chr. n. exarato) eodem legitur sensu, quam similitudinem pluribus persequitur Jerusalem, Wiener Stud. I, 48.

παραμύχης 222, 20.

inde a Polybio.

παρηλλαγμένος 226, 25.

Polyb. Diodor. Lucian. Plutarch.

παροδεύω 223, 21.

Josephus. Plutarch. Lucian.

προσνπισχνέομαι 237, 16.

Plutarch. Dio Cassius.

συνδύαιτος 228, 27.

Schol. a 238; Hierocl. apud Stob. Fl. 79, 53, alii.

τεχαιίνω 212, 9 activum apud posteriores. Lucian., Sextus Empiricus, alii. Similia colligit Schmid, Attic. I, 239.

φέρειν 203, 16, λέγονται πένθος ἐπὶ Μελεάγρω φέρειν. — Similiter Strabo et Lucianus πένθος ἄγειν; Suidas: ἀνίαν φέρειν.

Sed de verborum copia tantum. — Ad tempus vero scriptoris accuratius definiendum (prios tradito a nomine profecti c. a. 150 p. Chr. eum floruisse statuerunt praeunte Christophoro Saxio, Onomast. Litt. I. p. 308, cuius si qua est ratiocinationem exscripsit G. Aen. Koch ed. p. XVI) non prorsus inutilem esse hunc verborum ἀδροισιόν concedes. Scriptorem esse recentioris aetatis, τῶν κοινῶν qui vocantur, negligentia ostendit, quam in eligendis vocabulis admisit, ostendunt vocabula recentiore demum aetate conficta. Quocum congruunt quaecunque initio opusculi (p. 2 sqq.) disceptavimus.

Accuratius vero scriptoris aetatem constituere si volumus, meminerimus necesse est eum haud pauca adhibuisse vocabula, quae a scriptoribus alterius p. Chr. aevi, Plutarcho, Luciano, Appiano, Arriano primis (quatenus nos scimus) adhibita sunt. cfr. ἀνάθεσις p. 25; ἀπολέγεται τὸν πόλεμον p. 25; κλοπιμαῖος ibidem. Deinde huc faciunt nonnulla etiam eorum, quae in primo capite proferebantur; ut puta, ἐκλανθάνεσθαι cum accusat. coniunctum p. 7; τὸν θεράποντα τὸν ὀπηδόν p. 8; ποικίλος ἐκ τοῦ σώματος p. 15.



Quae cum ita sint, cum praesertim in sequentibus (p. 32 sqq.) manifestas Herodoti imitationes deprehensuri simus — quem scriptorem nulla magis aetate lectitatum esse quam Antoninorum temporibus nemo nescit — altero p. Chr. saeculo floruisse Liberalem pro certo fere est dicendum.

## Caput tertium.

### De compositione verborum.

Hiatum videri potest Antoninus hic illic vitavisse.

cfr. 237, 17 *εἰ αὐτῆ τῆς ὥρας ἐδέλσαι τῆς ἐαντοῦ χαρίσασθαι* et paulo infra 237, 22 *Ἀμφιτρούων ἐξίκετο παρὰ τὸν Κέγαλον εἴ γε ἐδέλσαιεν ἅμα αὐτῷ ἐπὶ τὴν ἀλώπεκα βῆραι.* — porro: 211, 7 *Πανδάρεως . . . δίδωσιν ἀπάγειν*, cum paulo supra 210, 19 *ᾧ δίδωι Ἀμημήτηρ δῶρον.* addi possunt 201, 29 *ἢ Κιτήσλλα χαλεπῶς ἤνεγκεν, ὥσπερ ὅτε Κυδίππην Ἀκόντιος ἐξηπάτησεν*, coll. 217, 29 *ἢ Γαλάτεια ἰκέτευσεν, εἴ πως αὐτῆ χόρος ἢ παῖς ἀντὶ τῆς θυγατρὸς δύναιτο γενέσθαι, καθ' ἅπερ ὅτε Καινὸς μὲν . . . ἐγένετο Καινὸς ὁ Λαπίδης.*

Fortasse quis etiam pluralem sic explicaverit 235, 23 *Ἀρσινόη πρὸς ὕβριν ἐπεθύμησεν ἐκ τῶν οἴκων ἐκκύψασα τὸ σῶμα . . . ἰδεῖν*; 216, 14 *Ἐρμῆς καὶ Ἀθηναῖα καὶ Ἀρτεμις ἐπέσιγξαν αὐτῶν τοῖς οἴκοις, Ἀθηναῖα μὲν καὶ Ἀρτεμις εὐοικνῶσι χόραις, Ἐρμῆς δὲ . . .* Sed parvo huic locorum numero, ubi vocalium concursus vitatus esse videri potest, tot obstant et tam diversa neglecti hiatus exempla (non solum post coniunctiones *εἰ, ἐπεὶ, ἐπειδὴ, ἢ, καὶ, μὴ*, ubi ei quoque scriptores hiatus admiserunt, qui ceteroquin eum consulto effugerunt,\*) sed multo etiam graviora, ut clare appareat eius vitare hiatus vel molestos omnino non interfuisse.

\*, cfr. de Rohden „Quas rationes in hiatus vitando scriptor de sublimitate et Onesander secuti sint“, in Comment. in hon. Buecheleri Usenerique, Bonn. 1873, p. 73 sq., p. 85 sq.

Exempla:

Hiatus admissus post formas pronominis *αὐτός*

203, 17 *ὅτι τὴν χάριν αὐτῷ Ἄρτεμις διδοῖ.* 216, 22 *τῷ αὐτῷ ὀνόματι λέγεται;* 208, 19; 225, 21; *ἐπεὶ αὐτῷ οὐκ ἐνόσσει;* 236, 8

post terminationem *-ται*.

218, 25 *λέγεται εἶναι;* 234, 24 *ὑποδέχεται ἐκεῖνος εἰς τὸ ἄντρον.* Similiter 201, 27 *γαμηθήσεσθαι Ἐρμοχάρει Ἀθηναίῳ;* 213, 17 *ἠῤῥξατο συλλαβέσθαι αὐτῷ τὸν Ἡρακλέα;* 217, 17 *ἠῤῥξατο ἄρρενα γενέσθαι αὐτῷ παῖδα.*

Varia:

206, 25 *ἐν τῇ Ἀττικῇ αὐτόχθων;* 207, 28 *αὐτα εἰργόμενα τροφῆς;* 209, 32 *Μινύου τοῦ Ὀρχομενοῦ ἐγένοντο;* 211, 20 *ἐδήλωσεν οἷα ἐχρήσατο συμφορῇ;* 214, 2 *πολλοὶ ἐν τῇ ὄρῳ τοῦ ἄροτοῦ ἐνιαυθα φαίνονται κύκνοι;* 213, 27 *βουλῇ Ἀπόλλωνος;* 216, 5 *οὔτοι ἀνθρώπων οὐδενὶ συνῆλθον;* 218, 27 *χρόνῳ ἀφωρισμένῳ ὁρᾶται;* 224, 20 *πολλοὶ ἀπέθνησκον;* 228, 8 *θεῖσασα Μίνω ἐξέβαλλεν;* 236, 7 *σὺν ἀνδρὶ ἁλίῳ Ἀνδρομίδει.*

## Caput quartum.

**De particulis coniunctionibusque paulo notabilioribus. — De compositionis arte Antoniniana. — De universo scribendi genere. — Antoninus Herodoti imitator.**

Ἐν coniungendis sentiētiis quantopere adamaverit (τὴν ἀφέλειαν Herodoti imitatus) *συμπλεκτικὸς συνδέσμος*, quaevis ostendere potest fabula. Exempla si vis cfr. 204, 10 sq.; molestissimum autem huius dicendi generis exemplum 206, 26 legitur: *οὗτος ἐβασίλευε τῶν ἀρχαίων ἀνθρώπων καὶ ἐγένετο δίκαιος καὶ πλοῦσιος καὶ ὅσιος καὶ ἱερά πλεῖστα ἐποίησεν Ἀπόλλωνι δίκας τε πλείστας ἐδίκασε καὶ αὐτὸν ἐμέμψαι ἄνθρωπος οὐδεὶς ἀλλὰ ἐκόντων ἴγειτο πάντων καὶ πρὸς ὑπερβολὴν αὐτοῦ τῶν ἔργων μετέβαλον οἱ ἄνθρωποι τὰς τιμὰς τοῦ Διὸς καὶ ἔγνωσαν αὐτὰς εἶναι Περίφαντος καὶ ἱερά καὶ ναοὺς ἐποίησεν αὐτοῦ καὶ Δία Σωτήρα προσηγόρευσαν καὶ Ἐπόψιον καὶ Μείλιχιον.*



Ornatum oratorium angue peius vitavit Liberalis; nec larga est apud eum particularum copia. μὲν, δέ, οὖν, ἢ μὴν, γέ leguntur. Notabilia videri possunt haec:

τὲ particula enuntiata coniungit; proprium antiquorum Atticorum et scriptorum posterioris aevi. cfr. 206, 29 *δίκας τε πλείστας ἐδίκασε*. Plura apud Bernhardy, Synt. der Griech. Sprache p. 483; W. Schmid, Atticism. II, 309.

τὲ καὶ, ut apud scriptores inferiores aetate haud raro, ita adhibetur, ut τὲ non ad sequens καὶ referatur, sed cui illatum est vocem praecedenti adiungat. cfr. 220, 16 *ὁ μὲν γὰρ ἐστὶ νεβροφόνος ἐρεμνὸς μέγας τε καὶ ἄλκιμος* (ceterum desideratur particula καὶ inter νεβροφόμος et ἐρεμνός). — Iterum 221, 32 *λέγεται γὰρ μουσικώτατος τῶν τότε γενέσθαι καὶ ἐπὶ βουκολικαῖς ἄσμουσι διαβοηθῆναι καὶ σύριγγα ποιμενικῆν ἐν τοῖς ὄρεσι συνθεῖναι καὶ λύρα πρῶτος ἀνθρώπων κεχοῖσθαι πλείστιά τε καὶ κάλλιστα μέλη ποιῆσαι*. cfr. Oder p. 39; Hercher, Erot. Script. Graeci 1869, II, XXIV, ubi similia exempla ex Plutarcho, Aeliano aliis collecta invenies.

Coniunctionum adamavit Liberalis temporales: ἐπεὶ, ὅτε, ὅταν, ἐπειδὴ, πρὶν ἢ, πρόσθεν ἢ, ἄχρι. Commemoratione digna videntur:

ὥσπερ ὅτε 201, 29 *ἢ μὲν οὖν Κτήσυλλα ἀπέρριψε τὸ μῆλον αἰδεσθεῖσα καὶ χαλεπῶς ἤνεγκεν, ὥσπερ ὅτε Κυδίππην Ἀκόντιος ἐξηπάτησεν*. Epicorum accedit locutioni: ὡς ὅτε (e. g. Hom. B 894).

καθάπερ ὅτε similiter adhibitum 217, 28 *ἰκέτευσεν εἴ πως αὐτῇ κόρος ἢ παῖς ἀντὶ τῆς θυγατρὸς δύναιτο γενέσθαι, καθάπερ ὅτε Καίνης μὲν Ἀτράκος οὐσα θυγάτηρ ἐγένετο Καίνεὺς ὁ Ααπίθης*, quem particularum usum non recte abiudicarunt ab Antonino Hercher (Herm. XII, 317) et Oder p. 3.

Adiungatur μὴ particula, ita adhibita ut ex verbo πυνθάνεσθαι pendeat: 223, 27 *ἐπυνθάνετο παρ' αὐτοῦ μὴ κλοπιμαίας βοῦς ἔγνω παρελαθεῖσας*. Qui usus haud infrequens apud posteriores Graecos. cfr. Kuehner II § 589, 1, adn. 2. Exempla ex Arriano colligit Boehner, Act. Semin. Erlg. IV 1886 p. 51.

Semel ἀπόδοσις a particula δὲ initium facit 210, 27 *ἄχρι μὲν οὖν θεοῦς ἐτίμων, εὐδαιμονες ἦσαν; ἐπεὶ δὲ λόγον ἀχρεῖον ἀπέρριψαν, ὅτι πλεόν ἄλλήλους Ἦρας καὶ Αἰὸς φιλοῦσιν καὶ Ἦρα μεμψαμένη τὸν λόγον Ἔριν αὐτοῖς ἔπεμψεν, ἢ δὲ νεῖκος ἐνέβαλεν*

*εἰς τὰ ἔργα*; ubi interpretes cum Herodoteam imitationem (de qua vide p. 35) non perspicerent, alius alio modo corrigere studebant scriptorem.

Sed haec hactenus; aliud addo:

In enarrandis igitur fabulis ut simplicissimo usus est genere scribendi Liberalis, ita in componendis disponendis-que modeste in universum rem suam egit. Neglegentiae etiam exempla inveniri quippe cum in excerptoris libello versemur non mirabimur. exempla si vis adi Oderum p. 55, adn. 2.

E more recentiorum, ubi similis res narratur, similes vel easdem adhibet Liberalis formulas. cfr. quae hac de re dixerunt Hercherus (de fluv. p. 5) et Robertus (de Apoll. p. 41). exempla haud pauca congressit iterum Oderus p. 37, 38. Tu considera Antoninum puerum in scenam introducendum: 208, 29 *παῖς . . . μονογενῆς ὦν τῷ πατρὶ καὶ καλὸς καὶ κατὰ τὴν ὄψιν καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος.* — 212, 19 *παῖς . . . εὐσχημῶν τὴν ὄψιν, τὸ δὲ ἦθος ἄχαρις* — 216, 29 *παῖς . . . τὸ μὲν εἶδος οὐ μεμπτή, ἄχαρις δὲ τὸ ἦθος* — 223, 2 *παῖς περιβλεπτός τὴν ὄψιν.*

Sed quamvis sic haereat auctor certis in locutionibus, hoc tamen nolumus praetermittere id quoque eum egisse ut varietate quadam delectaret si non lectores, at tamen suum ipsius animum. Pauca hic quoque sufficiant exempla: modo *ἴναπερ εἰστέθει* dixit (205, 18), modo *ὄθιπερ εἰστέθει* (233, 16). In fabula XXIII substantiva *χλαῖναν* et *χλαμύδα* idem significantia in eodem enuntiatio adhibuit. Alia congressit Oderus p. 38.

Mythographus igitur fuit Antoninus; propterea nemo mirabitur multas inveniri apud eum voces formulasque, quae a ceteris quoque mythographis adhibentur ideoque e communi scriptorum istorum thesauro vocabulorum depromptae oplimo iure censendae sunt. Exempla illustrent:

Homines inducunt mythographi in solitudinem se recipientes: Ant. Lib. 216, 6 *οὗτοι ἀνθρώπων οὐδενὶ συνῆλθον, οὔτε εἰς ἄστυ κατιόντες οὔτε πρὸς εἰλαπίνας.* quibuscum cfr. Parthen. 168, 17 *ἀντὶ τὸ μὲν ἄπαν εἰς πόλιν οὐ κατέει, οὐδ' ἀνεμίσηται αἰς λοιπαῖς παρθένους.*

Dei aegre ferunt quod ab hominibus neglegantur: An Lib. 203, 29 *Ποσειδῶν μῆρισας ἐπεὶ κατέλθεν τὰς τιμὰς . . .*



[Erat.] Catast. 243, 3 τῶν θεῶν δυσχερῶς τοῦτο φερόντων εἰ τιμαὶ καταλυθήσονται αὐτῶν.

Ira dei poenam mittunt Ant. Lib. 202, 22 αὐτῆ ἐφορμῆ ἐν ἄγρῳ. cfr. Ap. Rhod. Schol. I 57 διὸ Ζεὺς ἐφορμῆ αὐτῆ ὡς Κενταύρους. Adiungi hic potest formula κατὰ μῆνιν (Ἀφροδίτης vel Ἀρτέμιδος), Ant. Lib. 202, 22; Parth. 156, 24. Item verbum ἐμβάλλειν Ant. Lib. 223, 6 ἐμβάλλει ταῖς βοσίν λίθασθαι; 220, 31 ἔρωτα ἐνέβαλεν. cfr. Apollod. 1, 9, 17 ἣ δὲ αὐταῖς ἐβάλλει δυνουσίαν; id. 2, 5, 10 ταῖς βοσίν οἰστρον ἐνέβαλεν ἢ Ἡρα.

Deis templa aedificantur: ἱερὸν vel ἱερὰ ἰδρύσαντο; exempla passim.

Bestiae agros depopulantur; φθείρειν vel λυμαίνεσθαι adhibent mythographi. cfr. Ant. Lib. 202, 22 σῶς ὅς κατέφθειρε τὴν γῆν; 212, 27 λέων ὅς τὰ θρέμματα διελυμαίνετο; Ap. Rhod. Schol. I 517 λέοντι λυμανομένῳ τὰ Μέγαρα.

Senex depingitur: Ant. Lib. 204, 8 ἐγγόνει γηραιὸς ἤδη; Parthen. 1, 154, 11 γηραιὸς ἤδη ὢν — crudelis tyrannus: Ant. Lib. 219, 19 τύραννος ἐγένετο βίαιος; Apoll. 2, 1, 1 βίαιος ὢν τυραννος.

Custodem dei instituunt, καθιστάναι vel ἐπιστάναι φύλακα: Ant. Lib. 227, 11; Apoll. I, 2, 1; [Erat.] Catast. 241, 6. Anonym. Incred. 23 24, 7W.

Plura etiam coacervari possunt exempla; sed sufficientia non protuli.

In conformandis sententiis vero atque omnino in genere narrandi quamvis hic quoque similitudines habeat etiam paucas cum ceteris mythographis, in universum tamen ad Herodoti properavit exemplar. Quae imitatio iam supra identidem commemorabatur (p. 5, 8, 10, 16); hic vero data opera illustrabitur, cum praesertim nemo eorum qui Antonino adhuc operas imitauerunt, ad hanc rem animum adverterit. Nonnulla eorum, quae prioribus in capitibus proferebantur, hic iustam assequuntur exhibitionem. Disputabimus igitur in fine huius capituli de Antonini iudiciis Herodoteis.

### Antoninus quatenus in oratione Herodotum imitatus sit.

Herodotum Halicarnassensem etsi inde a quarto saeculo non defuerunt, qui libros eius diligenter perscrutarentur necnon imitationem imitarentur, nulla tamen aetate maiore ardore maiore



ribusque studiis tractatum esse quam alterius p. Chr. saeculi initio nemo nescit. Testis Pausanias, testis Aelianus, testes alii, quos orationem Herodoteam imitando expressisse iamdudum cognitum est. cfr. Baehr, Herodot. IV, 1861 p. 474; Pfundtner, Pausanias imitator Herodoti 1866 p. 14 sq.; C. Wernicke, De Pausaniae Periegetae studiis Herodoteis, Berlin 1884; Bernhardt, Suidas ad. v. *δίκην, θεοσυλῆς* saepius.

Idem plane etiam in Antoninum cadit Liberalem; eum quam maxime in conscribendis fabulis Herodoti vestigia secutum esse permulta docent orationis exempla. Quare cum et ipsum scriptoris nomen et ea quae p. 26 disceptavimus ad alterum p. Chr. saeculum nos ducant (nam a clarissimis imperatoribus Antoninis nomen eum duxisse vix est quod neges), non dubito quin ipsis illis attribuendus sit viris doctis, qui τὴν ἀφ᾽ ἐλείαν antiquiorum scriptorum, imprimis Herodoti et Xenophontis, imitandam sibi proposuerunt.

Nobis accuratius hoc loco hanc imitationem pertractaturis ita instituere libet disputationem, ut collatis eis locis, quibus cum ad verbum fere uterque concinat, de ipsa imitatione dubitari omnino nequit, enumeremus, quaecumque e genere dicendi, quo usus est mythographus, studiis Herodoteis videntur deberi.

1) Atque a quo proficiscendum est locus invenitur in fabula XII. Cyenus Phylion amatori suo comitique imperat, ut leonem forte tum agros populantem nullo adhibito ferro necet. Quibuscum conferas, quae narrat Herodotus I, 36 de apro Mysorum agros pervastante.

Her. I, 36.

ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ  
τούτῳ ἐν τῷ Μυσίῳ Οὐλυμπίῳ  
ὅς χρῆμα γίνεται μέγα. ὁφ-  
μέμενος δὲ οὗτος ἐκ τοῦ οὄρεος  
τούτου τὰ τῶν Μυσῶν ἔργα δια-  
φθείρεσκε . . . (paulo post:  
ὦ βασιλεῦ, ὅς χρῆμα μέγι-  
στον ἀνεφάνη ἡμῖν ἐν τῇ χώρῃ,  
ὅς τὰ ἔργα διαφθείρει.

Ant. Lib. 212, 25 sq.

ἐφάνη γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ  
χρόνῳ μέγα τι χρῆμα λέον-  
τος ἐν Αἰτωλοῖς, ὅς αὐτούς τε  
καὶ τὰ θρέμματα διελυμαί-  
νετο.

Respicias velim quam maxime locutionem ὅς χρῆμα, apud Herodotum nequaquam insolitam (cfr. Schweighaeuser s. v. lex. p. 375), eandemque etiam apud Antoninum saepius exstantem

(cfr. 222, 5 *ἑξαίσιον γάρ τι καὶ ἄπιστον χρῆμα χειμῶνος*; Herodot. 7, 188 *χειμῶνος χρῆμα ἀφόρητον*) — et verbum *ἐφάνη* (sive *ἀνεφάνη*), quod apud utrumque scriptorem legitur. cfr. etiam A. L. 237, 24 *ἐφάνη γὰρ ἐν χρόνῳ τούτῳ Καδμείοις ἀλώπηξ χρῆμά τι ἐξηλλαγμένον*.

2) Eandem porro deprehendimus inter utrumque similitudinem in fab. XXII. Cerambum inducit Antoninus pastorem, cantilena sua nymphas varie delectantem: 221, 29 sq. Jam legas velim Herodotum de Arione verba facientem:

Herod. 1, 23.

venisse Arionem *ἔοντα κιθαροφῶδὸν τῶν τότε ἔόντων οὐδενὸς δεύτερον, καὶ διθύραμβον πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἤμεῖς ἴδμεν ποιήσαντά τε καὶ οὐνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορινθῷ. τοῦτον τὸν Ἀρίωνα λέγουσι . . . . .*

Ant. Lib. 221, 29 sq.

*λέγεται γὰρ (sc. Cerambus) μουσικώτατος τῶν τότε γενέσθαι καὶ . . . . . λύρα πρῶτος ἀνθρώπων κεχρησθῆναι, πλεῖστά τε καὶ κάλλιστα μέλη ποιῆσαι. τούτων οὖν χάριν λέγουσιν ὀφθῆναι αὐτῷ τότε νύμφας . . . . .*

3) Iterum Herodotus obversatus est Antonino in fab. XI. Aedon et Chelidon Polytechni filiolum mactant patrique ad cenam praeparant: 211, 16. Prodeat Herodotus (1, 48) quid Croesus ad temptanda Graecorum oracula patrauerit memoriae prodens

Herod. 1, 48.

*χελώνην καὶ ἄγρα κατακόψας ὁμοῦ ἤψε αὐτὸς ἐν λέβητι χαλκῷ χάλκεον ἐπίθημα ἐπιθείς.*

Ant. Lib. 208, 24.

*καὶ τὸν παῖδα κατακόψασαι τὰ κρέα ἐν λέβητι συνθεῖσαι ταῦτα μὲν ἤψον, Ἀηδῶν . . . .*

4) Respicienda porro haec:

Herod. 9, 106.

*ἀπικόμενοι δὲ ἐς Σάμον οἱ Ἕλληνες ἐβουλεύοντο περὶ ἀναστάσιος τῆς Ἰωνίας (cfr. Baehr ad. l. l.)*

Ant. Lib. 208, 24.

*τῶν Αἰλεφῶν βουλευομένων ὑπὲρ ἀναστάσεως.*

Considera quaeso substantivum *ἀνάστασις* apud utrumque eadem significatione sat rara adhibitum: solet enim significare



eversionem vel sedibus expulsionem; significacione emigrationis praeter hos duos locos invenitur apud Thucyd. 2, 14, Cassium Dionem 41, 7; cfr. Krueger ad Thuc. l. 1.

Quibus exemplis, ex parte certis, ex parte, ut fieri solet hisce in quaestionibus, minus certis, quoniam apparet imitatum esse Antoninum Herodoti historias et ita apparet, ut dubitationi iam nullus relictus sit locus, ex ipso genere dicendi verborumque copia, quae Herodoto videtur debere Antoninus, liberiore quodam disputationis ordine recenseamus.

Ac primum quidem verba facienda sunt de conectendis singulis enuntiatis particula *καί*, qua cum compluria deinceps verba finita coniungantur, *είρομένη* quae vocatur *λέξις* evadit. Quam cum auctorum ionicorum, tum imprimis Herodoti propriam esse non est quod dicamus. cfr. p. 28.

In ipsis vero periodis efficiendis quantopere concinat uterque scriptor, haec, ni fallor, ostendunt exempla: Herodotus hoc connectendi enuntiata genus adamat: *κατ' ἀρχάς μὲν* (vel *τέως μὲν*, vel *τὰ μὲν πρώτα*) . . . *ἐπεὶ δὲ* . . . . .; idem Antoninus.

Herod. 5, 92, 14.

ὁ τοίνυν Περίανδρος κατ' ἀρχάς μὲν ἦν ἡπιώτερος τοῦ πατρὸς. ἐπεὶ τε δὲ ὠμίλησε . . . . Θρασυβούλω, πολλῶν ἔτι ἐγένετο Κυψέλου μισσηνοώτερος.

Ant. Lib. 231, 23.

καὶ κατὰ μὲν ἀρχάς δὲ αἰδῶ κατέκρουπτε τὴν νόσον, ἐπεὶ δὲ τὸ πάθος αὐτὴν προῆγεν, ἐξεῖπε τὸν λόγον πρὸς Ἴππολύτην τὴν τροφόν.

Herod. 1, 61.

τὰ μὲν γυν πρώτα ἔκρουπτε ταῦτα ἢ γυνή. μετὰ δὲ, εἴτε ἰστορεύσει εἴτε καὶ οὐ, φράζει τῇ ἑαυτῆς μηρί.

Ant. Lib. 236, 25.

ἡ δὲ Πρόκρις τὸ μὲν πρώτον ἀπολέγεται τὸν χρυσόν, ἐπεὶ δὲ διπλάσιον εἰσέπεμψεν, ὁμολογεῖ καὶ προσδέχεται τὸν λόγον.

Herod. 2, 45.

τὸν δὲ (Herculem) τέως μὲν ἡσυχίην ἔχειν, ἐπεὶ δὲ αὐτοῦ πρὸς τῶ βωμῶν κατάρχοντο, ἐς ἀλκὴν τραπόμενον πάντας σφέας καταφοροῦσαι.

Similiter etiam comparata Anton. L. 228, 21; item 210, 24.

ubi de quo supra (p. 29) dictum est δὲ ἀποδοτικόν invenimus. Sic saepius apud Herodotum δὲ in apodosi legitur, epicorum nimirum poetarum more. cfr. Stein ad Herodot. 1, 112, 9. Similiter Arrianus, Exped. Alex. 1, 23, 4 Ἀλεξάνδρῳ δὲ ὡς ἀπηγγέλη ταῦτα ἔκ τινων αὐτομολησάντων ἔκ τοῦ ἔργου καὶ τὸ πῦρ πολὺ καθεώρα αὐτὸς, καίτοι ἀμφὶ μέσας πονύκτας ἦν τὸ γιγνόμενον, ὁ δὲ καὶ ὡς ἐξαγαγὼν τοὺς Μακεδόνας τοὺς μὲν ἔτι ἐμπιπράντας τὴν πόλιν ἔκτεινεν. cfr. Krueger ad l. l. II p. 71; Boehner, Act. Sem. Erlg. IV p. 28.

Similitudinem quandam (quae explicari paucis cum nequeat, ex ipsis velim cognoscatur exemplis) hi porro ostendunt loci:

Herod. 4, 201.

Ἀμασις ὁ στρατηγὸς τοῦ περὶ μηχανᾶται τοιαύδε. μαθὼν τοὺς Βαρκαίους, ὡς . . . οὐκ αἰρετοὶ εἶεν, ποιεῖ τοιαύδε.

Ant. Lib. 205, 26.

ἰδὼν Τιμάνδρην ἠρώσθη. μαθὼν δ' ὅτι ἀνδρὸς ἦν χήρα, πείσας χρήμασιν ἐμίγνυτο . . . .

Herod. 9, 110.

μαθοῦσα δὲ τὸ ποιούμενον . . . . τῇ Μασίσιεω γυναικὶ ἐβούλευε ὀλεθρον. φυλάξασα δὲ τὸν ἄνδρα τὸν ἐωυτῆς Ξέρξην βασιλῆιον δεῖπνον προτιθέμενον . . . . . χρηΐζει τοῦ Ξέρξεω . . . . .

Ant. Lib. 206, 3.

μαθὼν δ' ὅτι ἀνδρὸς ἦν χήρα . . . . . κάκεινῳ δόλον ἐβούλευε. δὸς πλεῖστα δῶρα καὶ ἀναπείσας . . . ἐννάζεται σὺν αὐτῇ

Nunc etiam, ut ad cetera transeamus, apparet quam ob rem dualem numerum non habeat mythographus, praetulerit vero particulam πρὶν ἢ pro simplici πρὶν, qua sola Attici utebantur. Krueger 69, 58.

Affulget etiam lux repetito substantivo in enuntiatis, qualia sunt:

208, 20 καὶ ἐν αὐτῷ ἔστιν ἔτι νῦν σπῆλαιον ὑπερμέγεθες, ἐν ᾧ Θηρίον ὄκει μέγα καὶ ὑπερφνές καὶ αὐτὸ Λαμίαν, αἱ δὲ Σύβαριν ὠνόμαζον. τοῦτο καθ' ἡμέραν ἐκάστην τὸ Θηρίον ἐπιφοιτῶν ἀνήραπάζεν (ubi τὸ Θηρίον imprudenter tollere conatus est Beckius, teste Kochio, Ant. Lib. XLVIII).

230, 17 καὶ εἰς τοῦτο παροῦσαν τὸ ἱερὸν Ἀρνόπην ἤρασαν Ἀμαδρῶδες νύμφαι . . . . . antecedunt: ἰδρῶσατο δὲ καὶ Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐν τῇ Ἀρνοπίδι.



cfr. etiam 214, 17; 215, 5.

Hic loquendi usus Herodoto peculiaris est. e. g. 1, 37 οὐνομα δέ οἱ ἦν Ἄτις. τοῦτον δὴ ὦν τὸν Ἄτιον; 1, 60 τῷ δήμῳ τῷ Παιανιέϊ ἦν γυνὴ μέγαθος ἀπὸ τεσσέρων πηχέων ἀπολείπονσα τρεῖς δακτύλους· ταύτην τὴν γυναικα σκευάσαι πανοπλίη . . . . .

Studiosae Herodotum legentem porro ostendunt: Ant. 1, 218, 12 ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτίαις, qua in locutione offenderunt Verheykiius Teucherusque olim, nuper Oderus flagitantes ἐν Βοιωτίαις τῆς Βοιωτίας vel ταῖς Βοιωτίας. At Herodotus 5, 67 πέμψας ἐς Θήβας τὰς Βοιωτίας; similiter alibi (2, 58; 3, 3) Θῆβαι αἱ Λιγύπτιαι.

libertas illa dicendi: 236, 6 σὺν ἀνδρὶ ἄλιεϊ; 236, 2 ἀνδρα οἰκλήτην; 232, 23 ἄνδρες βουκόλοι; 224, 25 γυνὴ Θῆβη Herodot. ἀνὴρ ἄλιεὺς (3, 42); ἀνὴρ χαλκεύς (4, 200); ἀνδρὸς σιλέος (1, 90); alia exempla colligit Stein ad 1, 90 ἀνὴρ μάχης (6, 83), ἄνδρα ἀσλήτην (1, 141).

ostendit substantivum τὰ οἰκία pro οἶκος vel ἡ οἰκία nequaesape ab Antonino adhibitum. Herod. 3, 50 ἐξέλασαν (eum) ἐκ τῶν οἰκίων. Ant. Lib. 235, 17 ἐξήλασαν ἐκ τῶν οἰκίων.

evincit adiectivum ἐπάϊστος, Herodoti proprium. 232 Σμύρνα δ' ὡς ἐξίκετο πρὸς αὐτόν, ἐπάϊστος ἐγένετο. Herod. 8, 2 ὁ μὲν δὲ τοιοῦτῳ τρόπῳ ἐπάϊστος ἐγένετο.

formula οἶα θεοβλαβῆς Ant. Lib. 222, 6; Herod. 1, 2 ὡστε θεοβλαβῆς εἶναι. cfr. 3, 25 οἶα ἐμμανῆς εἶναι; θεοβλαβῆς iterum 8, 137. — particula οἶα, perrara apud Atticos, frequenter tamen apud Herodotum. Krueger 56, 12, 2; id. ad Herod. 1, 61, 1. cfr. etiam Ant. 229, 26 φωνὴ νυκτὸς ἐκ τῆς οἰκίας (ἀκούεται) οἶα θρηγνούντων.

probant verba χρησθηγιάζομαι (A. L. 208, 24, Herodoti proprium, inter recentes apud Diodorum, Plutarchum al.); φοιτᾶν (frequens ut apud Herodotum, ita apud Liberalem) Herodotea est formula παρ' ἀνδρα φοιτᾶν vel φοιτᾶν παρὰ γυναικα (5 70) (exempla apud Pfundtner, Pausanias Herodoti imitator p. 36); similiter Anton. 206, 5 παρὰ Τιμάνδρην τῆν; — adverbium περισσῶς (quod saepissime apud Herodotum bis apud Liberalem legitur).

addi debet ἐπιλεξιμῆς forma ex Herodoto petita 206, 2 cfr. v. 5.

commemorandae porro sunt formulae verbo λαβεῖν com-  
itae. e. g. Herod. 1, 34 νέμεσις μεγάλη ἔλαβε Κροῖσον;  
165 ὑπὲρ ἡμίσεως τῶν ἀσίων ἔλαβε πόθος τε καὶ οἶκτος τῆς  
λιος. H. 6, 74 Κλεομένηα ἐπάϊστον γενόμενον κακοτεχνήσαντα  
Δημάροτον δεῖμα ἔλαβε Σπαρτιητέων. Ant. Lib. 210, 8 τὰς  
ας δεῖμα ἔλαβε; 224, 20 Ἀσόνιαν ὄλην ἔλαβε λοιμός; 232, 4  
ἀντα πόθος ἔλαβεν ἐκμαθεῖν.

item ἔντομα θύειν 205, 21 et 234, 5, praecedente Hero-  
o 2, 119 λαβῶν δύο παιδία ἀνδρῶν ἐπιχωρίων ἔντομά σφρα  
ῖσε; 7, 191: ἔντομά τε ποιοῦντες. Legitur etiam apud  
H. Rhod. 1, 567 καὶ μιν κυδαίνοντες ὑπὸ κνέφας ἔντομα  
ων Κεῖαν; 2, 926 καὶ ἤγγισαν ἔντομα μίλων.

item formula δεινὸν ποιῆσθαι, 209, 4 πλῆγεις δ' ἔρωτι καὶ  
θόμενος καθ' ἦντινα πρόφασιν ἔρχονται, δεινὸν ἐποιήσατο μὴ  
ἀμῦναι πρὸς δύναμιν, ἀλλὰ περιδεῖν κ. τ. λ. Sic saepe  
Herodotus 8, 93 δεινὸν γάρ τι ἐποιεῦντο γυναῖκα ἐπὶ τὰς Ἀθήνας  
ατεύεσθαι; 8, 16; 1, 127; 1, 61. cfr. etiam 1, 187, 2 Ἀα-  
ρ δὲ καὶ δεινὸν ἐδόκεε εἶναι τῆσι πύλῃσι μηδὲν χρᾶσθαι καὶ  
μάτων κειμένων καὶ αὐτῶν τῶν χρημάτων ἐπικαλουμένων μὴ  
λαβεῖν αὐτά.

porro Ant. Lib. 207, 4 ἀπολέσθαι πανώλεθρον. παν-  
θρος poetis usitatum scaenicis, ut alia complura Herodotea.  
Herod. 6, 37 πανώλεθρος ἐξαπόλλνται; etiam apud Pausaniam,  
Pfundtner, l. l. p. 52.

fortasse etiam συμφορᾷ χρῆσθαι. Ant. Lib. 211, 20 ἐδί-  
γεν οἷα ἐχρήσατο συμφορᾷ. Herod. 1, 42 οὔτε γὰρ συμφορῇ  
ἦδε κεχρημένον οἶκός ἐστι ἐς ὀμῆλικας εὐ πρόψσοντας ἵεναι,  
εὐ τὸ βούλεσθαι πάρα.

item p. 224, 9 καὶ ὀργὴν ὡς εἶχε. cfr. Herod. 1, 61  
ἦ ὡς εἶχε. idem 1, 114.

Quae cum ita sint, verba in fabula 31, 229, 10 καὶ ἐγέ-  
νο ταῦτα πολὺν πρὸ τῆς Ἡρακλέους στρατείας cave quaeso inter-  
latori tribuas cum Odero Martinioque. Cum per se apta  
sunt, tum defenduntur Herodot. 5, 70. Leguntur postquam ex-  
situs est, quomodo Cylonis amici perierint, haec: ταῦτα πρὸ  
τῆς Πεισιστρατίου ἡλικίης ἐγένετο. Similiter 7, 137 ταῦτα μὲν  
ἐπὶ πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον ἐγένετο τοῦ βασιλέως στόλου. cfr.  
Herod. 2, 44 extr.



Nec mirum, quod tantopere inter se conspirant Ant. I 225, 31 *“Υλα δὲ θύουσιν ἄχρι νῦν παρὰ τὴν κρήνην οἱ ἐπι-  
ριοι et Herodotus, velut 7, 178 Δελφοὶ μὲν δὴ κατὰ τὸ χρησ-  
ριον ἔτι καὶ νῦν τοὺς ἀνέμους ἰλάσκονται; item Ant. Lib. 227,  
καὶ αὐτὴν ἐποίησαν δολερὰν γαλῆν καὶ διαίταν ἔδωκαν ἐν  
μυχῶ καὶ ἄμορφον ἀπέδειξαν τὴν εὐνήν. Θορίσκειται μὲν γὰρ  
τῶν ὠτῶν, τίκει δ’ ἀναφέρουσα τὸ κνούμενον ἐκ τοῦ τραχύ.  
(quae verba ,omnium minime poetam decebant’ G. Ae. Kt  
1832 p. XLII) atque Herodotus velut 3, 109, 1—2.*

Et sic saepius in depingendis bestiis Herodotus vide  
Antonini animo obversatus esse. cfr. velim Ant. Lib. 208, 13 c  
eis, quae Herodotus 2, 68 de crocodilo narrat; Ant. 222,  
sq. et Herod. 2, 68 *ἔχει δὲ ὀδόντας μεγάλους sq., 2, 71.*

---

II.  
**Antonini Liberalis fabulae**  
tres e codice Palat. denuo recensitae.

---

**A**bsoluta priore commentationis parte, qua de Antonini elocutione et genere scribendi agebatur, hac altera, ut novae a nobis curandae editionis specimina quaedam, Antonini fabulas tres apponemus tales, quales ab ipso auctore profectas esse verisimile videtur nobis.

Qua de opera haec liceat praemonere:

Palatini praeclarissimi codicis scripturas, etiam in rebus orthographicis paulo gravioribus, diligenter enotavimus; ubi nunc deficit ille, ad Xylandri editionem principem, quae prodiit Basileae a. 1561, erat confugiendum.

Coniecturarum certas in textum recipere non dubitavimus; minus certae vel dubiae in adnotatione critica invenientur. Eae vero emendationes, quae a prioribus viris doctis de veris codicis scripturis titubantibus prolatae et a Kochio Westermannoque repetitae sunt, consulto nobis erant neglegendae. Ubi de recipienda ipsius Antonini scriptura desperandum videtur (quod haud raro accidit, cum unus praesto nobis sit codex, licet ab vetustate magnopere commendatus) ad sententiam quoad fieri potuit locum restituere conati sumus.

Addita appendice de locis nonnullis fusius disceptavimus cum aliis ducti rationibus, tum illa, ut quid de interpolationibus, quas in mythographo invenisse sibi visi sunt magna cum fiducia Hercherus Oderusque, nobis videatur, distincte appareat.

---

Ant. Lib. fab. I.

ΚΤΗΣΥΛΛΑ.

Ἱστορεῖ Νικάνδρος  
ἑτεροιομένων γ.

Κτήσυλλα ἐγένετο Κεῖα τὸ γένος ἐξ Ἴουλί-  
δος, Ἀλκιδάμαντος θυγάτηρ. ταύτην ἰδὼν  
Ἐρμοχάρης Ἀθηναῖος χορεύουσαν Πυθίοις περὶ  
τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Καρθαίᾳ ἐπε-  
5 θύμησεν αὐτῆς καὶ ἐπιγράψας μῆλον ἔρριψεν  
ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος, ἣ δὲ ἀνείλειτο καὶ  
ἀνέγνω· ἐγγράπτιο δὲ ὄρκος κατὰ τῆς Ἀρτέ-  
μιδος, ἧ μὴν γαμηθήσεσθαι Ἐρμοχάρει Ἀθη-  
ναίῳ. ἣ μὲν οὖν Κτήσυλλα ἀπέρριψε τὸ  
10 μῆλον αἰδουμένη καὶ χαλεπῶς ἤνεγκεν, ὥσπερ  
ὅτε Κυδίππην Ἀκόντιος ἐξηπάτησεν Ἐρμο-  
χάρει δὲ αἰτησαμένῳ κατήγεσε τὸν γάμον ὁ  
πατήρ ὁ τῆς Κτησύλλης καὶ ὤμοσεν τὸν Ἀπόλ-  
λωνα τῆς δάφνης ἀψάμενος. ἐπεὶ δὲ διήλθεν  
15 ὁ τῶν Πυθίων χρόνος, Ἀλκιδάμας ἐκλαθόμενος  
τὸν ὄρκον ὃν ὤμοσεν ἐτέρῳ συνόχιζε τὴν θυ-  
γατέρα. καὶ ἣ παῖς ἔθνηεν ἐν τῷ τῆς Ἀρτέ-  
μιδος ἱερῷ· χαλεπῶς δὲ φέρον Ἐρμοχάρης ἐπὶ  
τῷ τούτῳ διαμαρτεῖν εἰσέδραμεν εἰς τὸ Ἀρτε-  
20 μίσιον· καὶ ἣ παῖς αὐτὸν ἰδοῦσα κατὰ θεὸν  
ἠράσθη καὶ συνθεμένη διὰ τῆς τροφοῦ, δια-  
λαθοῦσα τὸν πατέρα, νύχιον ἀπέπλευσεν εἰς  
τὰς Ἀθήνας καὶ γάμος ἐπράχθη τῷ Ἐρμο-  
χάρει. τεκοῦσα δ' ἣ Κτήσυλλα καὶ χαλεπῶς ἐκ

3 περὶ Verheykuis: πὰρὰ P quod tuetur Kochius || 7 κατὰ, oblitteratum in P reposuit Xylander || 10 ὥσπερ ὅτε Κυδίππην Ἀκόντιος ἐξηπάτησεε interpolatori tribuunt Hercherus (Herm. 12, 317) et Oderus | in margine codicis sigillum ◁, quoad Acontii Cydippaeque exemplum animum lectoris advertere voluit librarius || 16 συνόχιζε Broendstedius (Reis. u. Untersuch. in Griech. 1. 96) coll. Aelian. V. H. 8, 9 || 17 ἣ μὲν ἔθνηεν delete παῖς Fonteinus || 19 ταύτης Oderus, cfr. Thucyd. 2, 78 || 20 κατὰ θεὸν Munckerus: κατὰ θεῖον P quod defendit C. Dilthey || 21 διαλαθοῦσα τὸν πατέρα νύχιον, ἀπέπλευσεν distinxit librarius in P; possis νύχιος | 24 κακῶς διατεθεῖσα Martinus, cfr. Lucian. Abdict. 2 ||



25 τοῦ τόκου διαιεθεῖσα ἐτελεύτησε κατὰ δαί-  
μονα, ὅτι ὁ πατήρ αὐτῆς ἐψεύσατο τὸν ὄρκον.  
καὶ τὸ μὲν σῶμα κομίσαντες ἔφερον ὅπως  
κηδεύσωσιν, ἐκ δὲ τῆς στρωμνῆς πελειᾶς ἐξ-  
έπτυ καὶ τὸ σῶμα τῆς Κτησύλλης ἀφανὲς ἐ-  
30 γένετο. χρωμένῳ δ' Ἐρμοχάρει ὁ θεὸς ἀνεῖπεν  
ιδρύσασθαι ἱερὸν παρὰ τοῖς Ἰουλιταῖς ἐπώ-  
νυμον Ἀφροδίτης Κτησύλλης· ἔχρησε δὲ καὶ  
τοῖς Κεῖοις. οἱ δὲ θύουσιν ἄχρι νῦν, Ἰου-  
λιται μὲν Ἀφροδίτην Κτησύλλαν ὀνομάζοντες,  
35 οἱ δὲ ἄλλοι Κτησύλλαν Ἐκαέργην.

30 ἀνεῖπεν Nauckius; cfr. Pollux 1, 17, 1, 19. Thom.  
. 23 R. Nauck. in Jambl. edt. 1886, p. 9 || 32 Ἀφροδίτης  
sse mavult O. Schneider || 34 Ἀφροδίτην Κτησύλλαν ὀνομά-  
ες Perizonius ad Aelian. N. H. 4, 15: Ἀφροδίτην Κτησύλλαν  
αῖζοντες P quod tuetur Broendstedius; οἱ δὲ θύουσιν ἄχρι  
Ἀφροδίτην, Ἰουλιται μὲν Κτησύλλαν ὀνομάζοντες, οἱ δὲ ἄλλοι  
σύλλαν Ἐκαέργην Bastius ||

Ant. Lib. f. IV.

#### ΚΡΑΓΑΛΕΥΣ.

εἰ Νικανόρος ἐτε-  
μένονα· καὶ Ἄθα-  
Ἀμβρακικοῖς.

Κραγαλεὺς ὁ Ἀρνόπος ᾧκει γῆς τῆς Ἀρνοπί-  
δος παρὰ τὰ λουτρά τὰ Ἡρακλέους ἃ μυθο-  
λογοῦσιν Ἡρακλέα πλήξαντα τῇ κορύνῃ τὰς  
πλάκας τοῦ ὄρους ἀναβαλεῖν. ὁ δὲ Κραγαλεὺς  
5 οὗτος ἐγεγόνει γηραιὸς ἤδη καὶ τοῖς ἐγχωρίοις  
ἐνομιζέτο δίκαιος εἶναι καὶ φρόνιμος. καὶ  
αὐτῷ νέμοντι βοῦς προσάγουσιν Ἀπόλλων καὶ  
Ἄρτεμις καὶ Ἡρακλῆς κριθισόμενοι περὶ Ἀμ-  
βρακίας τῆς ἐν Ἠπείρῳ· καὶ ὁ μὲν Ἀπόλλων  
10 ἐαντιῷ προσήκειν ἔλεγε τὴν πόλιν ὅτι Μελα-  
νεὺς υἱὸς ἦν αὐτοῦ, <ὁ> βασιλεύσας μὲν

8 De condita Ambracia testimonia colligit Oberhammer,  
rnanien 1887, p. 73 sq. || 11 articulum addidi.



Αροόπων καὶ πολέμῳ λαβῶν τὴν πᾶσαν Ἠπει-  
ρον, γεννήσας δὲ παῖδας Εὐροτιον καὶ Ἀμβρα-  
κίαν, ἀφ' ἧς ἡ πόλις Ἀμβρακία καλεῖται καὶ  
15 αὐτὸν μέγιστα χαρίσασθαι <διὰ> τοῦτο τῇ  
πόλει Σισυγίδας μὲν γὰρ αὐτοῦ προστάξαν-  
τος ἀφικομένους κατορθῶσαι τὸν πόλεμον  
Ἀμβρακιώταις τὸν γενόμενον αὐτοῖς πρὸς  
Ἠπειρώτας, Γόργον δὲ τὸν [ἀδελφὸν] Κυψέ-  
20 λον κατὰ τοὺς αὐτοῦ χρησιμοὺς λαὸν ἔποικον  
ἀγαγεῖν εἰς Ἀμβρακίαν ἐκ Κορίνθου, Φαλαίκοι  
δὲ τυραννοῦντι τῆς πόλεως αὐτοῦ κατὰ μαν-  
τείαν Ἀμβρακιώτας ἐπαναστῆσαι, καὶ παρὰ  
τοῦτο [πολλοὺς] ἀπολέσθαι τὸν Φάλαικον, τὸ  
25 δὲ ὅλον αὐτὸς ἐν τῇ πόλει παῦσαι πλεισιάκις  
ἐμφύλιον πόλεμον καὶ ἔριδας καὶ στάσιν,  
ἀντὶ τούτων δ' ἐμποῦησαι εὐνομίαν καὶ θείμιν  
καὶ δίκην, ὅθεν αὐτὸν ἐτι νῦν παρὰ τοῖς  
Ἀμβρακιώταις σωτήρα Πύθιον ἐν ἑορταῖς καὶ  
30 εἰλαπίναις ᾄδουσαι. Ἄρτεμις δὲ τὸ μὲν νει-  
κος κατέπανε τὸ πρὸς τὸν Απόλλωνα, παρ'  
ἐκόντος δ' ἡζίου τὴν Ἀμβρακίαν ἔχειν ἐγείσθαι  
γὰρ τῆς πόλεως κατὰ πρόφασιν τοιαύτην· ὅτι

---

14 ἀφ' Munckerus: ἐφ' P, et ἐπὶ sic non raro; sed punc-  
tum superaddidit librarius ut maluerit ἀφ'. cfr. p. 40, 3 ||  
15 διὰ addidi; ταύτη Munckerus || 19 Γόργον Kochius: Τόργον  
P; at in nummis Ambracioticis nomen Γόργος legi primus ostendit  
Raoul-Rochette, Annal. d. Institut. 1829, 312 sq. Mon. ined. d.  
Institut. I pl. XIV, 1 et 2 | τὸν Κυψέλον scripsi: τὸν ἀδελφὸν Κυ-  
ψέλου P. cfr. Strabo 7, 325 ὑπέροκειται δὲ αὕτη (Ambracia) τοῦ  
μυχοῦ μικρόν, Γόργον τοῦ Κυψέλου κτίσμα. Boeckh. C. J. G.  
I 58; Oberhummer l. l. p. 76 || 20 αὐτοῦ Oderus || 24 πολλοὺς delet  
Kochius: Φαλαίκοι δὲ τυραννοῦντι τῆς πόλεως αὐτοῦ κατὰ μαν-  
τείαν Ἀμβρακιώτας ἐπαναστῆσαι καὶ παρὰ τοῦτο πολλοὺς, ἀπο-  
λέσθαι τὸν Φάλαικον P; πολλοὺ ἀπολιπέσθαι O. Schneider:  
possis etiam πολέμῳ ἀπολέσθαι || 25 παῦσαι Xylander: ποιῆσαι P ||  
27 ἀντὶ τούτων δ' ἐμποῦησαι scripsi: ἐμποῦησαι ἀντὶ τούτων δ' εὐ-  
νομίαν P; ἐμποῦησαι δ' ἀντὶ τούτων Oderus, ἀντὶ τούτων delet  
Buechelerus ||

Φάλαϊκος ἐτυράννευε τῆς πόλεως, οὐδενὸς αὐ-  
35 τὸν δυναμένον κατὰ δέος ἀνελεῖν αὐτῇ κνη-  
γετοῦντι τῷ Φαλαίῳ προσῆναι σκύμνον λέον-  
τος, ἀναλαβόντος δὲ εἰς τὰς χεῖρας ἐκδραμεῖν  
ἐκ τῆς ὕλης τὴν μητέρα καὶ προσπείσουσαν  
ἀναρροῆσαι τὰ στέρα τοῦ Φαλαίῳ, τοὺς  
40 δ' Ἀμβρακιώτας ἐκφυγόντας τὴν δουλείαν Ἀρ-  
τεμιν Ἡγεμόνην ἰλάσασθαι καὶ ποιησαμένους  
ἀγροτέρης εἴκασμα παραστήσασθαι χάλκεον  
αὐτῷ θῆρα. ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἀπεδείκνυεν Ἀμ-  
βρακίαν τε καὶ τὴν σύμπασαν Ἡπειρονοῦσαν  
45 ἑαυτοῦ πολεμήσαντας γὰρ αὐτῷ Μολοιτοὺς  
καὶ Χάονας καὶ Θεσπρώτους καὶ σύμπαντας  
Ἡπειρώτας ὑπ' αὐτοῦ κρατηθῆναι, ὅτε τὰς  
Γηρύνου βοῦς συνελθόντες <ἐμελλον> ἀφελ-  
έσθαι, χρόνῳ δ' ὕστερον λαὸν ἐποικον ἔλθειν  
50 ἐκ Κορίνθου καὶ τοὺς πρόσθεν ἀναστήσαντας  
Ἀμβρακίαν συνοικίσει. Κορίνθιοι δὲ πάντες  
εἰσὶν ἀφ' Ἡρακλέους. ἃ διακούσας ὁ Κραγα-  
λεὺς ἔγνω τὴν πόλιν Ἡρακλέους εἶναι. Ἀπόλ-  
λων δὲ κατ' ὁργὴν ἀψάμενος αὐτοῦ τῇ χειρὶ  
55 πέτρον ἐποίησεν ἵναπερ εἰστίχει. Ἀμβρακιῶ-  
ται δὲ Ἀπόλλωνι μὲν Σωτῆρι θύουσι, τὴν δὲ  
πόλιν Ἡρακλέους καὶ τῶν ἐκείνου παιδῶν  
νεομίσασσι, Κραγαλεῖ δὲ μετὰ τὴν ἑορτὴν  
Ἡρακλέους ἔντομα θύουσιν ἄχρι νῦν.

---

34 Φαῦλος flagitarunt Burmannus et Jacobsius coll. Aelian.  
H. A. 12, 40 Ἀμβρακιῶται, ἐπεὶ τὸν τύραννον αὐτῶν Φαῦλον  
διεσπίασται λέαινα, τιμῶσι τὸ ζῶον αἴτιον αὐτοῖς ἐλευθερίας  
γεγενημένον || 35 in margine P a pr. m. scriptum exstat  
περὶ Φαλαίῳ || 42 παραστήσαι Oderus || 43 Ἀμβρακίαν τε P ||  
45 αὐτο P, erat αὐτῷ | Μολοιτοὺς Rohdeus: Κελτοὺς P; Κελαί-  
θους e Stephano (Κελαίδου ἔθνος Θεσπρωτικόν) Berkelius, sed  
haec gens quam maxime est ignota; πολεμήσαντος γὰρ αὐτοῦ  
Κελτοὺς, καὶ Χάονας καὶ Θεσπρώτους O. Schneider || 48 ἐμελλον  
addidi coll. p. 206, 22; συνελθόντες ἀφελέσθαι P, συνελθόντες  
<ἦθελον> ἀφελέσθαι Hemsterhusius ||



Ant. Lib. fabula VII.

ΑΝΘΟΣ.

Ἱστορεῖ Βοῖος  
Οριδογονίας α'.

Αὐτονόου τοῦ Μελανέως καὶ Ἱπποδαμείας ἐ-  
 γέγοντο υἱοὶ μὲν Ἐρφοδιὸς [καὶ] Ἄνθος Σχοι-  
 νεὺς Ἀκανθος. θυγάτηρ δὲ Ἀκανθίς ἦ κάλλιστον  
 εἶδος ἔδωκαν οἱ θεοί. τῷ δὲ Αὐτονόῳ τούτῳ  
 5 ἐγένοντο ἵππων ἀγέλαι πλεῖσται καὶ ἔνεμον  
 αὐτὰς Ἱπποδάμεια <ἦ> τούτου γυνή καὶ οἱ  
 παῖδες αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ Αὐτονόῳ γῆν ἔχοντι  
 πλείστην οὐδεὶς καρπὸς ἐφαίνετο κατ' ὀλιγω-  
 ρίαν ἔργων, ἀλλ' ἔφερεν αὐτῷ σχοίνους ὁ χῶ-  
 10 ρος καὶ ἀκάνθας, ἀπ' αὐτῶν ὠνόμασε τοὺς  
 παῖδας Ἀκανθον καὶ Σχοινέα καὶ Ἀκανθίδα  
 καὶ τὸν πρεσβύτατον Ἐρφοδιόν, ἐπεὶ αὐτὸν  
 ἠρώησεν ὁ χῶρος· οὗτος ὁ Ἐρφοδιὸς πλείστον  
 ἐφίλησε τὰς ἀγέλας τῶν ἵππων καὶ ἔτρεφεν  
 15 αὐτὰς ἐν τῷ λειμῶνι. ἐπεὶ δὲ Ἄνθος [τοῦ  
 Αὐτονόου παῖς] ἐξήλασε τὰς ἵππους ἐκ τοῦ  
 λειμῶνος, αὐταὶ εἰργόμεναι τροφῆς ἐξεδήμησαν  
 καὶ τὸν Ἄνθον ἐπισιῖασαι κατεβίβρωσκον πλεῖ-  
 20 στια ἐπιβοώμενον ἀμῦναι τοὺς θεούς. ὁ μὲν  
 οὖν πατὴρ ὑπὸ ἄχους ἐκπλαγεὶς ὤκνησεν ἀπε-  
 λάσαι τὰς ἵππους καὶ ὁ θεράπων τοῦ παιδός,  
 ἦ δὲ μήτηρ διεμάχετο πρὸς τὰς ἵππους, ἀλλὰ  
 διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν οὐδὲν ἔδυνήθη  
 πρὸς τὸν ὄλεθρον ἐπαμῦναι. κακῆνοι μὲν  
 25 οὕτω τεθνεῶτα τὸν Ἄνθον ἐκλαίον, Ζεὺς δὲ

Codicis folium, in quo scripta olim erat fabula, hodie deest.

2 καὶ vix sanum || 6 Articulum addidi || 12 ἐπεὶ αὐτὸς ἠρώη-  
 σεν τοῦ χῶρου vel τὸν χῶρον Oderus; ἐπεὶ Αὐτόνοος ἠρώησε τὸν  
 χῶρον Knaackius (Wochenschr. f. klass. Philolog. 1890, 38);  
 possis: ἐπεὶ Αὐτόνοου ἠρώησεν ὁ χῶρος; ἐπεὶ καρπὸν ἠρώησεν ὁ  
 χῶρος i. e. quoniam messem negaverat terra Kaibelius || 14 ἔτρε-  
 γον Xylander || 15 λειμῶνι Xylander, χειμῶνι teste eodem P |  
 τοῦ Αὐτονόου παῖς delent Oderus Martinusque || 21 καὶ ὁ  
 θεράπων τοῦ παιδός interpolatori tribuit Oderus || 25 οὕτω Xy-  
 lander: οὕπω P.



καὶ Ἀπόλλων οἰκτεῖραντες πάντας αὐτοὺς ἐ-  
ποίησαν ὄρνιθας, τὸν μὲν Αὐτόνοον ὄκνον,  
ὅτι [αὐτοῦ ὁ πατήρ] ὄκνησεν ἀπελάσαι τὰς  
ἵππους, τὴν δὲ μητέρα κορυδὸν, ὅτι ἐκορύσ-  
30 σετο πρὸς τὰς ἵππους μαχομένη περὶ τοῦ  
παιδός· αὐτὸν δὲ τὸν Ἄνθον καὶ τὸν Ἐρφ-  
διὸν καὶ Σχοινέα καὶ Ἄκανθον καὶ Ἄκανθυλ-  
λίδα γενομένους ὄρνιθας τῷ αὐτῇ ἐποίησαν  
ὀνόματι καλεῖσθαι καθὰ καὶ πρὶν ἢ μετα-  
35 βαλεῖν αὐτοὺς ὠνομάζοντο, τὸν δὲ θεράποντα  
τὸν ὀπηδὸν τοῦ Ἄνθου κατὰ ταῦτά τῷ ἀδελ-  
φῷ τοῦ παιδὸς ἐποίησαν ἔρφδιον, ἀλλ' οὐχ  
ὅμοιον ἴσσω γάρ ἐστιν ἰκανῶς τοῦ πελλοῦ  
καὶ οὐ γίνεται σύνεδρος οὗτος ὁ ἔρφδιος ἄνθρωπος,  
40 καθάπερ οὐδ' ὁ ἄνθος τῷ ἐφίππῳ, ὅτι μέγιστα  
κακὰ ἔπαθεν ὁ Ἄνθος ὑπὸ τῶν ἵππων. καὶ  
ἔτι νῦν ὅταν ἀκούσῃ φωνοῦντος ἵππου φεύγει  
μιμούμενος ἅμα τὴν φωνήν.

---

27 Τὸν μὲν Αὐτόνοον ὄκνον scripsi; Αὐτόνοον μὲν εἰς τὸν  
ἄκνον Xylander || 28 αὐτοῦ ὁ πατήρ delevit Oderus | ἀπελάσαι  
Berkelius: ἀπέλασε Xylander || 32 Ἄκανθίδα Oderus || 34 καθὰ  
καὶ πρὶν ἢ μεταβαλεῖν αὐτοὺς ὠνομάζοντο exstirpat Oderus ||  
35 τὸν θεράποντα delet Oderus || 36 κατὰ ταῦτά Munckerus:  
κατὰ ταῦτα Xylander || 37 ἀλλ' οὐχ ὅμοιον ἴσσω γάρ ἐστιν ἰκα-  
νῶς τοῦ πελλοῦ delet Oderus || 40 ἐφίππῳ corruptum; ἵππῳ  
Xylander ||

Mantissa observationum criticarum.

pg. 203, 1 ἐκ ταύτης τῆς προφάσεως πόλεμος ἐγένετο Κορυῆσι καὶ Καλυδωνίοις, καὶ ὁ Μελέαργος εἰς τὸν πόλεμον οὐκ ἐξήει, μεμφομένος ὅτι αὐτῷ κατηράσατο ἢ μήτηρ διὰ τὸν τῶν ἀδελφῶν θάνατον. ἤδη δὲ τῶν Κορυήτων μελλόντων αἰρεῖν τὴν πόλιν ἔπεισε τὸν Μελέαργον ἢ γυνὴ Κλεοπάτρα τοῖς Καλυδωνίοις ἀμῦναι, ὁ δὲ ἀναστὰς ἐπὶ τὸν στρατὸν τῶν Κορυήτων καὶ αὐτὸς ἀποθνήσκει, τῆς μητρὸς ἐμπρησάσης τὸν παρὰ τῶν Μοιρῶν αὐτῇ δοθέντα δαλόν· ἐπέκλωσαν γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον αὐτὸν ἔσσεσθαι χρόνον, ἐφ' ὅσον ἂν ὁ δαλὸς διαμῆνῃ ἀπέθανον δὲ καὶ οἱ ἄλλοι παῖδες Οἰνέως μαχόμενοι καὶ πένθος ἐπὶ Μελεάργῳ μέγιστον ἐγένετο παρὰ Καλυδωνίοις.

Verba ἀπέθανον δὲ καὶ οἱ ἄλλοι παῖδες Οἰνέως μαχόμενοι narrationis filum molestissime interrumpunt; cave tamen, ne prorsus ea cum Odero abicias. hoc ne faciamus, particula καὶ ante αὐτὸς ἀποθνήσκει impedit, quae aperte respondet alteri καὶ ante οἱ ἄλλοι παῖδες Οἰνέως. Quare haec verba pristinam suam sedem reliquisse concludamus necesse est. Rohdeus post ἐκ ταύτης τῆς προφάσεως πόλεμος ἐγένετο Κορυῆσι καὶ Καλυδωνίοις de fratribus Meleagri narrasse Anloninum putat. Fortasse autem cum hoc enuntiatum artius cum sequenti cohaerere videatur [πόλεμος ἐγένετο Κορυῆσι καὶ Καλυδωνίοις· καὶ ὁ Μελέαργος εἰς τὸν πόλεμον οὐκ ἐξήει] post διὰ τὸν τῶν ἀδελφῶν θάνατον similia olim de Meleagri fratribus legebantur, quae librarius non suo loco supplevit.

p. 203, 30 Ποσειδῶν δὲ μηνίσας, ἐπεὶ κατέλθεν αὐτοῦ τὰς τιμὰς, ἐποίησεν ἵρνηθα, ὃς ὀνομάζεται νῦν ἰέραξ.

ὀνομάζεται <ἔτι> νῦν Oderus; malim: ὀνομάζεται <ἔτι καὶ> νῦν. Sic melius explicatur interitus vocularum ἔτι καί. cfr. 217, 12.

p. 206, 26 Περίφας ἐγένετο ἐν τῇ Ἀττικῇ αὐτόχθων πρόςθεν ἢ φανῆραι Κέκροπα τὸν γῆς.

Immo τὸν Γῆς; Hygin f. 48: Cecrops Terrae filius.

p. 207, 5 Ζεὺς δὲ νεμεσίσας ἐβούλετο μὲν σύμπασαν αὐτοῦ τὴν οἰκίαν κεραυνῷ συμγλέξαι, δεηθέντος δ' Ἀπόλλωνος μὴ αὐτὸν ἀπολέσθαι πανώλεθρον, ἐπεὶ περισσῶς αὐτὸν ἔτιμα, τοῦτο μὲν Ἀπόλλωνι δίδωσι, Ζεὺς δ' ἔλθὼν εἰς τὰ οἰκία τοῦ Περίφαντος καὶ καταλαβὼν ὁμιλοῦντα τῇ γυναικί, πιέσας ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ἐποίησεν ἵρνηθα αἰετόν . . . .

Dele Ζεύς et scribe τοῦτο μὲν Ἀπόλλωνι δίδωσιν, ἔλλθῶν δ' εἰς τὰ οἰκία coll. 214, 30 et 220, 29. Possis etiam Herodotea locutione: τοῦτο μὲν Ἀπόλλωνι δίδωσιν, ὃ δ' ἔλλθῶν e. q. s.

p. 207, 20 ἐπεὶ δὲ Αὐτιονόφῃ γῆν ἔχοντι πλείστην οὐδεὶς καρπὸς ἐφαίνετο κατ' ὀλιγοῦσαν ἔργων, ἀλλ' ἔφερεν αὐτῷ σχοῖνους ὃ χῶρος καὶ ἀκάνθας, ἀπ' αὐτῶν ὠνόμασε τοὺς παῖδας Ἀκανθον καὶ Σχοινέα καὶ Ἀκανθίδα καὶ τὸν πρεσβύτατον Ἐρφιδίον, ἐπεὶ αὐτὸν ἠρώησεν ὃ χῶρος.

Erodii igitur nomen a verbo ἐρωέω derivat Antoninus, de quo, ut verbo sat singulari, accuratius disputare operae videtur esse pretium. cfr. Buttman, Lexilog, p. 70 sqq.; II p. 269. Volkmann, Comment. epic. p. 51. ἐρωέω, poetica vox, et intransitiva, quam vocamus, significatione et transitiva adhibetur ab Homero. Intransitive si adhibetur, aut absolute positum est, aut ita, ut genetivus ad verbi sensum accuratius explanandum accedat. Priore loco significationem habet aut fluendi (Il. I 303 = Od. XVI 441) aut recedendi (Il. XXIII 433 ἠρώησαν ὀπίσσω); altero id significat, quod Latini desistendi verbo exprimunt. (Il. XIII 776 = XIX 170 ἐρωήσαι πολέμοιο; Il. XIV 101 ἐρωήσαι χάρις, ubi verba ἐρωήσονσι δὲ χάρις opponuntur verbis οὐ γὰρ Ἀχαιοὶ σχήσονσιν πόλεμον; hymn. in Cer. hom. poeta 301 αὐτὰρ ἐπεὶ τέλεσαν (sc. templum deae) καὶ ἐρώησαν καμῖτιο.

Transitiva autem significatione semel tantum apud Hom. legitur; Il. XIII 57 καὶ ἐσσύμενόν περ ἐρωήσαιτ' ἀπὸ νηῶν: sensu retinendi vel repellendi.

Poetarum Alexandrinorum qui, quod saepe accidit, rariorem apud Homerum verbi significationem tanquam exquisitiorem adamarunt, princeps Callimachus bis (quatenus nobis videre licet) in usum suum hoc verbum convertit; frgm. 249 Θηρὸς ἐρωήσας ὄλοσθ' κέρας, ubi quid significet, iam inter antiquos exorta est dubitatio; deinde in hymn. IV, 133 de Peneo flumine aquas inhibente. Nicander, ut hic statim eum adiungam, semel tantum: Theriaca 115 κακὸν αἰψά κεν ἡμετέρησιν ἐρωήσεας ἐφειμαῖς. Theocritus ter; c. XXII, 173 χεῖρας ἐρωήσονσι, manus cohibebunt, cfr. Callim. hymn. IV, 133; c. XXIV, 99 de Tiresia selam ‚removente‘: γὰ καὶ ἐρωήσας ἔλεφάντινον ᾄχετο δίφρον; c. XIII, 73 Ἡρακλέην δ' ἠρωες ἐκερτόμονν λιπονάυτιαν οὔνεκεν ἠρώησε τριακοντάζυγον Ἀργῶ. Hoc loco [recte si traditum est,



quod addubitabat sine causa Morsbach, de dial. Theocrit. Bonn. 1874], cum enuntiatum causale accuratius explanet vocem *λειπω-  
νάταιν*, aperte significat: reliquit; sicut iam Scholiasta vetus ex-  
plicavit: *ἤρωήσεν ἀντί τοῦ κατέλιπεν, ἐξέφυγεν*. neque comparari  
debet haec locutio cum Homérica illa *ἔρωῆσαι πολέμοιο*, quacum  
contulit Buttmannus contendens idem fere esse ac si dixisset  
poeta: *οὔνεκεν ἤρωήσε τριακονταζῆγον Ἄργους*.

His praemissis ad Antonini locum accedamus. Adnotavit  
Xylander ad verbum *ἔρωῶ* refertur etymon, cuius varia signi-  
ficata apud Graecos est invenire; ego *αὐτόν* legi et *λειμῶνα* pro  
*χειμῶνα* reposui. Respicenda mihi videntur inprimis verba:  
ego *αὐτόν* legi. Apparet enim in codice non scriptum fuisse  
*αὐτόν*, sed nescio quid aliud, velut *αὐτο* (cum rasura). cfr. 205, 11  
W.: *πολεμίσαντος γὰρ αὐτῷ*; codex praebet: *αὐτο*. 211, 28:  
*ἐπεὶ δὲ αὐτὴν κατεφράσθησαν*; cod. *αὐτη κατεφράσθησαν*; 210,

15: *καὶ αὐτῶν ἢ μὲν ἐγένετο νυκτερίς*; cod. *καὶ αὐτ. ἢ μὲν . . .*  
+ ῶν

Quae si recte se habent, num Antonini verba assecutus sit  
Xylander quaerendum est. Negavit Oderus; requirit *ἐπεὶ αὐτὸς  
ἤρωήσεν τοῦ χώρου* vel *ἐπεὶ αὐτὸς ἤρωήσεν τὸν χώρον*. Quarum  
prior scriptura similibus Graecis exemplis, quantum video, pro-  
bari nequit; prorsus aliena enim illa sunt ex Homero petita.  
Altera vero *αὐτὸς ἤρωήσεν τὸν χώρον* ad Theocriti exemplar for-  
mata id, quod dicere voluit debuitque Antoninus, exprimere ne-  
quit. Significant enim verba: reliquit agrum, abiit ex agro;  
significare ea vult Oder: agrum destituit, non excoluit. Ceterum  
verba ista *αὐτὸς ἤρωήσεν τοῦ χώρου* vel *τὸν χώρον* nequaquam  
de Erodio intellegenda sunt; de Autonoo patre sermo fiat necesse  
est, quod recte sensit Xylander.

Nuper G. Knaack (Wochenschr. für Klass. Philolog. 1890  
p. 38) reposuit: *ἐπεὶ Ἀυτόνοος ἤρωήσε τὸν χώρον*; quod commentum  
eis laborat, quae supra monuimus. Equidem Xylandrū verum  
vidisse censeo. Adhibuisse enim suspicor Boeum verbum  
*ἔρωεῖν* ex analogia synonymi verbi *ἐκλείπειν*. cfr. e. g. 223, 30  
*καὶ αὐτόν* (Battum in saxum conversum) *οὐκ ἐκλείπει κρύος αὐδὲ  
καῖμα*.

p. 208, 13 *καὶ οὐ γίνεται σύνεδρος οἶτος ὁ ἐρωδῖος* (i. e. ardea,  
quae *θεράπων* olim fuerat; cfr. 234, 29) *ἄνθρω, καθάπερ  
αὐδὲ ὁ ἄνθρω τῷ ἐρίππῳ, ὅτι μέγιστα κακὰ ἔπαθεν ὁ ἄνθρω  
ἐπὶ τῶν ἵππων*.

Sunt qui verba καθάπερ οὐδ' ὁ ἄνθος τῷ ἐγρίππῳ e verborum contextu eiciant; sic vero totus loci conexus prorsus dissolvitur. Vellem enim antea quid verba καὶ οὐ γίνεται σύνδρομος οὗτος ὁ ἐρφοδιὸς ἄνθος ὅτι μέγιστα κακὰ ἔπαθεν ὁ ἄνθος πὸ τῶν ἵππων significarent annotassent. Verba quam maxime citur sunt necessaria; quid tamen illud τῷ ἐγρίππῳ sibi velit, plane nescio. Sensui satisfaciunt haec: τὸν δὲ θεράποντα τὸν παῖδόν τοῦ ἄνθου κατὰ ταῦτ' αὐτῷ ἀδελφῷ τοῦ παιδὸς ἐποίησαν ἐρφοδιόν, ἀλλ' οὐχ ὅμοιον ἤσσων γάρ ἐστιν (i. e. ardea, in quam cervus mutatus erat) ἰκανῶς τοῦ πελλοῦ, καὶ οὐ γίνεται σύνδρομος οὗτος ὁ ἐρφοδιὸς ἄνθος, καθάπερ οὐδ' ὁ ἄνθος τῷ ἵππῳ, [hoc n. illor quod sequitur enuntiatum necessario flagitat; cfr. Aristot. I. A. IX, 1, 210, 25 Aubert et Wimmer ἄνθος ἵππῳ πολέμιος] καὶ μέγιστα κακὰ ἔπαθεν ὁ ἄνθος ὑπὸ τῶν ἵππων καὶ εἰ τὸν ἄνθος ἀκούσῃ φωνοῦντος ἵππου, φεύγει μιμούμενος ἅμα τὴν φωνήν. οὗτος οὗτος καθάπερ οὐδ' ὁ ἄνθος <φίλος> τῷ ἵππῳ.

211, 1 συντίθενται (Polytechnus et Aëdon) εἰς ἀλλήλους ὅπως ἂν τάχιον ἀννοσθῆ τὸ ἔργον, τούτῳ θεράπαινα παρὰ τοῦ ἐτέρου γένηται.

Sic codex. Schaeferus: συντίθενται εἰς ἀλλήλους ὅπως <ῶ> τάχιον; tu scribas: ὅπως <ὀποτέρῳ> ἂν τάχιον ἀννοσθῆ τὸ ἔργον, τούτῳ e. q. s.

227, 27 ὅτι θνητῇ τοῖς θεοῖς ἐξηπάτησε.

Accusativum restituunt, ubi male se habet articulus. Malim θνητῇ οὕσα θεοῖς ἐξηπάτησε. Παράλληλον locum habes 215, 7.

229, 8 τὸ μὲν ἀπὸ Τάραντος ἄχρ' ἄχρι πρὸς τὴν ἑσχατιὰν τῆς Ἰταλίας ἐγένετο Μεσσαπίων, ἐν ἣ πόλις ὄκηται (ὄκηται Munckerus) Βρεντιέσιον, τὸ δὲ παρὰ τὴν ἐνιὸς τοῦ Τάραντος ἐγένετο Πευκετίων. ἐνδοτέρῳ δὲ τούτου τῆς θαλάσσης ἐπέπλεον Λαίνιοι, τὸ δὲ σύμπαν ἔθνος ὠνόμασαν Ἰαπύγων.

Verba ἣ ἐνιὸς τοῦ Τάραντος, sicut ex sequentibus ἐνδοτέρῳ τούτου (sc. agri Peucetiorum) apparet, ipsorum Peucetiorum nomina significant. Quod si verum est, tradita verba τὸ δὲ παρὰ τὴν ἐνιὸς τοῦ Τάραντος ἐγένετο Πευκετίων sana esse nequeunt. Schneider correxit: τὸ δὲ παρὰ ταύτην ἐνιὸς τοῦ Τάραντος τ. λ. — fortasse audacius etiam scribendum τὸ δὲ παρὰ τὴν ἑσχατιὰν ταύτην ἐνιὸς τοῦ Τάραντος; cfr. 233, 17 Τάνταλον κατέβαλε πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ κεφαλῆς τὸν Σίπυλον (sc. ἔβαλε; cfr. 227, 18).



In sequentibus quid verba τῆς θαλάσσης ἐπέπλεον significent, nescio; ac displicet Schneideri commentum: ἐνδοιέρω τούτου τῆς θαλάσσης ἐπιπλέοντι. Sensui sufficiunt: ἐνδοιέρω τούτου τῆς θαλάσσης ἐφήπτοντο Δαῖνιοι vel τῆς θαλάσσης ἐπὶ κράτησαν.

p. 229, 17 οἱ δὲ παῖδες ὅτι μὲν ἦν αὐτοῖς ἄμιλλα πρὸς δαίμνας ἠγνόουν, ἐχόρευον δ' οἶα πρὸς ὀμήλικας θνητάς, καὶ τρόπος αὐτοῖς τῆς ὀρχήσεως ἅτε ποιμένων ἄμους ἦν, τὰ δὲ νύμφαις πᾶν ὅσον ἢ πλεῖστον. ἐπέδωκεν εἰς κάλλος P

Kochius verba ἢ πλεῖστον in vincula coniecit; tu deleas particulam ἢ. cfr. Plutarch. d. lib. educand. 4: τίς δ' ἄσθεν γύσις οὐ τοῖς γυμνασασμένοις καὶ καταθλήσασι πλεῖστον εἰς ἰσχύ ἐπέδωκε; Lucian. Prometh. 12: ἐγὼ — αἰεὶ γάρ τι προβουλεύς ἐς τὸ κοινὸν καὶ σκοποῦ ὅπως ἀξιεθίσειται μὲν τὰ τῶν θεῶν, ἐπιδώσει δὲ καὶ τᾶλλα πάντα ἐς κόσμον καὶ κάλλος.

p. 233, 6 Ἥνικα Ῥέα φοβουμένη Κρόνον κατέκρυψε ἐν τῷ κενῷ μῶνι τῆς Κρήτης τὸν Δία, τότε αὐτὸν ἐξέθρεψε Αἴξ νύμφη μαστιὸν ὀρέγουσα. τὴν Αἴγα δὲ Ῥέας βουλῇ κίων χούσεος φύλαιτεν. ἐπεὶ δὲ Ζεὺς Τιτῆνας ἐξελάσας τὸν Κρόνον ἀφελειτο τῆς ἀρχῆς, ἐποίησε τὴν μὲν Αἴγα μεταβαλὼν ἀθάνατον

At si nymphea erat Αἴξ illa, immortalis fuit, nec opus erat verbis ἐποίησε μεταβαλὼν ἀθάνατον. cfr. 228, 14; 230, 20 229, 16 sq. Quare deleas νύμφην: ἐξέθρεψε Αἴξ [νύμφη] μαστιὸν ὀρέγουσα. Schol. Arat. v. 161: τὴν δὲ Ἀμαλθεῖαν ἀγρὸν Νίκανδρος Διὸς τροφὸν φησι.

p. 236, 32 . . . . . hiat oratio. Sententiae videntur satisfacere καταλαβοῦσα δ' αὐτὸν ἐχόμενον ὑπ' ἀτεκνίας ὑπισχνεῖτο <παισεῖν> καὶ διδάξειν ὅτινα τρόπον αὐτῷ γένοιτο παῖδες.



### III.

## De indicibus Antonini fabulis

in cod. P adscriptis epimetrum.

~~~~~  
**T**estium indices fabulis Antoninianis in codice P adscriptos ab ipso libelli auctore alienos esse Hercherus Rohdeusque tam luculenter demonstrarunt, ut dubitationi nullus omnino relictus sit locus.

Unde tamen si quis nullam eorum esse fidem efficiendum putaret, calidius profecto is iudicaret quam verius. Dignos quibus confidamus eos esse inprimis sigillum <sup>o</sup> evincit, ad quattuor fabulas (6; 34; 36; 37) adscriptum; de quo vide Hercherum in Herm. v. XII p. 307.

Pro certo igitur affirmari potest apud scriptores allatos historiolum si non eandem omni ex parte atque Antoniniam, at tamen similem olim exstitisse.

Neque opinor incredibile, immo quam maxime est verisimile Corinnam utpote Boeotia e gente ortam (*Θηβαία ἢ Ταναγραία*, Suidas) in primo *Γεροίων\** de fortibus popularibus suis, Metiocha Menippaque, cecinisse (fab. 25).

Similiter Menecrates *ἐν Ανκιακοῖς* narrasse censendus est, quomodo superbi Lyciae agricolae a Latona punirentur (fab. 35). Ad fabulam autem vigesimam, ubi quid Clini e Hyperboreis reverso acciderit exponitur, cum adnotetur narrasse Simiam *ἐν Ἀπόλλωνι*, hoc cur addubitemus non video causam, cum praesertim traditum habeamus egisse carmine illo poetam de Semicanibus, quibuscum saepius Hyperborei coniuncti commemorantur. cfr. Steph. Byzant. *Ἡμικνῆς, ἔθνος οὐ πόρρω Μασσαγειῶν καὶ Ὑπερβορέων. Σιμίας* (recte additum a Salmasio) *ἐν Ἀπόλλωνι* (secuntur versus quinque) *καὶ Ἡσίοδος*.

Tzetzes, Chil. VII 693 *περὶ τῶν Ἡμικνῶν δὲ, τῶν καὶ Κυνοκεφάλων, Σιμίας ἐν Ἀπόλλωνι κατ' ἔπος οὕτω γράφει. e. q. s.\*\*)*

†Γ

\*) cod. ΕΤΕΡΟΙΩΝ, corr. Hercherus l. l.

\*\*) De Apolline Simio cfr. nunc G. Knaak, Hermae XXV, 457 sq.

Re vera autem simile argumentum atque Antoninianum apud scriptores memoratos tractatum esse ex Ant. fab. XXVI effici potest. narratur de Hyla, Herculis comite, a nymphis in aquam deiecto, quam fabulam in quarto Nicandri Metamorphoseon exstitisse scholiasta adnotavit. quocum cfr. Apollon. Rhodii scholiastes 1, 1236: *καὶ Νίκανδρος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἑτεροίων- μένων ὑπὸ πασῶν γησιν αὐτὸν* (sc. Ὑλαν) *ἀρπαγῆναι νυμφῶν ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ὑπὸ μιᾶς*. Consentit igitur Liberalis. vides enim Hylam Antoninianum non a tribus (sic Theocritus 13, 45 *Εὐνεία καὶ Μαλὶς ἕα δ' ὀρώσα Νύχεια*) vel una nymphā (sicut apud Apollonium l. 1., Valerium Flaccum 3, 562) in aquam detrahi, sed a nymphis.

Quod in libri numero dissentiunt, errori haud dubie ver- tendum est Antonini scholiastae fontis sui lectionem *δευτέρῳ* neglegenter rescribenti *ἐν δ'.*\*)

Paulo aliter res se habet in fab. XVI. Agitur de pugnis continuis Pygmaeorum cum femina illa in gruem mutata; provocatur ad Boei ornithogoniam. Eandem fabulam etiam Athenaeus nobis enarrat e Boeo eam desumptam esse diserte affir- mans (IX, 393 e). femina autem, quae mutatur, apud eum *Γεράνα* est (sicut apud Aelianum, N. A. XV, 29), non *Οἰνόγ*. Quare si fides habenda est Athenaeo, quam cur ei denegemus causam video nullam, sequitur, non ad Boeum redire Antonini fabulam, sed ad similem fontem. Quod in aliis quoque fabulis accidisse vel accidere potuisse quis est, qui neget?

Quae cum ita sint, hoc saltem (quod magni profecto nobis est momenti) pro certo est dicendum indices, cum non ab ipso auctore, sed a scholiastis sint additi, historiolarum fontes ostendere, non ipsius Antonini.

Qui indices accuratius si considerantur, in duas facile dis- cedunt partes, altera eorum, qui ad Boeum Nicandrumque (sive solos sive cum aliis coniunctos) provocant, altera eorum, qui horum utrumque omitiunt.

Ad priores quod attinet, negari vix poterit nomina Nicandri Boeique tam saepe repetita ad eam nos perducere sententiam, ut ipsius Antonini fontem detectum esse censeamus. Etemin si modo fidem habemus grammatici illius diligentiae (nec est pro-

\*) Quod alibi quoque accidit. cfr. Comment. philol. in honorem G. Curtii p. 195.



lecto, cur non habeamus), magis quam mirum esset, opinor, examinantem grammaticum tam saepe apud Nicandrum Boeumque eandem vel similem historiolum scriptam invenisse, nisi ipsius Antonini fontem interdum detexisset. cfr. inprimis E. Rohde, Griech. Rom. p. 117.

Adhibitum autem esse ab Antonino Nicandrum, quamvis pro certo affirmari nequeat, probabile tamen opinor fiet ex eis, quae sequuntur. Iterum de fab. 26 agendum est, de qua modo diximus. Ibi quae narrantur ad ἀρχέτυπον recedunt haud paucis a vulgaribus eiusdem argumenti fabulis distans. Praecipuae autem discrepantiae hae sunt:

1) Hylas filius est Ceycis\*) [inde restituit schol. vet. Theophrastum 13, 7 Hemsterhusius: τὸν Ὑλαν Σωκράτης υἱὸν Ἡρακλέους φησίν, Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος Θειοδάμαντος, <Νικάνδρος> δὲ Κήρυκος, Εὐφορίων δὲ Πολυφύμων τοῦ Ποσειδῶνος ἐρώμενον, ubi vulgo Φιλοδάμων καὶ Κήρυκος legebatur].

2) Hercules dux est Argonautarum.\*\*\*) Quare cum sciamus Nicandrum de Hyla narravisse eumque a nymphis in aquam deiectum induxisse, minime videtur temerarium suspicari cetera quoque redire ad Nicandrum. cfr. etiam, qui Nicandrum sapit, finem fabulae: Ὑλα δὲ θύουσαν ἄχρι νῦν παρὰ τὴν κρήνην οἱ ἐπιχώριοι καὶ αὐτὸν ἐξ ὀνόματος εἰς τρεῖς ὁ ἱερεὺς φωνεῖ καὶ εἰς τρεῖς ἀμείβεται πρὸς αὐτὸν ἤχώ.

Eodem modo, quae valent de Nicandro, valebunt in unum etiam de Boeo, licet Antoninus in fabula XVI non ad hunc scriptorem refugerit, sed ad similem quandam fontem.

Et ad unum eundemque hominem referendas esse narrationes, quae Boeo vindicantur, evadit si quid video ex proprietate quadam plurimis earum propria; adnotatur enim fere

\*) Respicendum quod tradit schol. Laur. Apoll. Rhod. 1, 1289: Ἡσιόδος ἐν τῷ Κήρυκος γάμψ ἐκβάνα φησὶν αὐτὸν (sc. Herculem) ἐφ' ὕδατος ζήτησιν τῆς Μαργηρίας περὶ τὰς ἀπὸ τῆς ἀφίσσεως αὐτοῦ Ἀφετάς καλοῦμένας ἀπολευθῆναι; nihil tamen huc facere apparet.

\*\*) Sic etiam Dionysius Scytobrachion teste Apollodoro 1, 9, 19 (cfr. Bethe, Quaest. Diodor. Mythograph. p. 11). — Idem narrat Diodorus IV 41, 3 ex ipso nimirum Dionysio. Sed de Hyla nihil narraverat hic mythographus. cfr. Schol. Ap. Rhod. 1, 1289: Διονύσιος δὲ ὁ Μιτωληναῖος συμπληροῦναι φησὶ τὸν ἥρωα τοῖς ἀριστεύουσιν ἕως Κόλχων καὶ ἐν τοῖς περὶ Μήδειαν συμπεπραχέναι τῷ Ἰάσονι. Diodorus quoque de Hyla tacet.



semper (omittitur in fabul. XVI), quae aves αἴσιοι sint generi humano, quaeve non sint.

Quodsi igitur suspicari debemus, redire in universum eas fabulas, ubi solus Nicander vel Boeus inducitur, ad utrumque scriptorem, quomodo res se habeat, cum plures auctores adferuntur, paucis consideremus.

Oderus has quoque ex Boeo Nicandroque haustas putat: huic accedam sententiae, si modo quae supra dicta sunt, valere concedis; quamvis quo nititur ille argumentum admodum infirmum sit. Censet enim Nicandrum Boeumque propterea primum habere his in indicibus locum, quia ex his desumptam esse historiolum indicare voluit scholiastes. Oder, l. l. p. 49.

Quod mihi verum non videtur. Etenim si ipse grammaticus sciebat Nicandrum vel Boeum fontem esse Antonini, cur alios adscribere opus erat? Et hos si addidisse eum censemus, abstrusae eruditionis gloriam captantem, cur tacuit Graeculus ille in fab. II de Meleagro, XXVII de Iphigenia, XXX de Byblide?

Adde quod si sciebat fab. XXIII (de Batto) desumptam esse ex Nicandro, infelicissime locutum virum istum non negabis. Et si unus idemque fuit ille, qui Parthenii narrationes illustravit et is, qui Antonini indices apposuit, (quam sententiam haud invitus amplecteris, cum respicias sigillum ὁ eodem modo in utroque exstans; cfr. Rohde, Gr. Rom. p. 117, cui assentiuntur G. Knaak, Anal. Alex.-Roman. p. 5 et E. Oder p. 48 saep.), non dubium videtur, quin hic quoque similem haberemus locutionem, quam invenimus in scholio ad Parthenii fab. IX apposito: *περὶ Πολυκρίτης. Ἡ ἱστορία αὐτῆ ἐλήφθη ἐκ τῆς ὑπομνήσεως τοῦ Ἀνδρίσκου Ναζιακῶν· γράφει περὶ αὐτῆς καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ 8 τῶν πρὸς τοὺς καιρούς.* Ipse autem sibi obloquitur Oderus in fab. XXXV *Βουκόλοι*] *Ἱστορεῖ Μενεκράτης Ξάνθιος Ἀνκιακοῖς καὶ Νικάνδρος.* Hic e Menecrate desumptam esse fabellam concludere debebat, quia altero loco Nicandri nomen positum est. Nihilominus hanc quoque Nicandro tribuit p. 49 adnot. 5.

Sed id ipsum, quod nunquam Nicander sic ut testis adfertur, probabile reddit, alteram nos hic deprehendere manum, diversam ab ea, quae adscripserit: *Ἱστορεῖ Μενεκράτης Ξάνθιος Ἀνκιακοῖς.*

Neque dubito quin cum ceteri, ubi plures adferuntur auctores, indices, tum locupletissimus ille ad narrationem XXIII

appositus: Ἰστορεῖ Νικάνδρος ἑτεροειδημένων α' καὶ Ἡσίοδος ἐν μεγάλοις Ἡοίαις καὶ Αἰδύμαρχος μεταμορφώσεων γ' καὶ Ἀντίγονος ἐν ταῖς ἀλλοιώσεσι καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν ἐπιγράμμασιν, ὡς γησι Πάμφιλος ἐν α': in duas discernendi sint partes.

Sic demum cur Boeus vel Nicander primum obtineat locum clare elucet.

Haec vero si recte se habent, alter scholiasta hausisse videtur ex Pamphili Prato (librorum enim a Suida grammatico\*) illi tributorum nullum magis huic loco convenire post Fridericum Jacobs\*\*\*) statuit Oder); unde prior hauserit accurate dicere nequimus.


Eis autem in fabulis, ubi omissis Nicandro Boeoque ad alios provocatur scriptores (f. XXXIII de Alcmena: Ἰστορεῖ Φερεκύδης; f. XXXIX de Arceophontis morte: Ἰστορεῖ Ἐρμησιάνῃς Λεοντίου β'), cum semel tantum unusquisque commemoretur, non habemus quo statuere possimus hos scriptores ab Antonino adhibitos esse. Atque etiamsi cui non ita credibile videtur usum esse Antoninum Pherecyde, tamen adhiberi potuisse Hermesianactis Leontium pro certo affirmari potest.

Fabularum ἀδεσποτιῶν, quae vocantur (VI; XIV; XXXIV; XXXVI; XXXVII; XL; XLI) tam similes sunt pleraeque tota dispositione indoleque fabulis Nicandro vel Boeo tributis, ut alteri horum iam a prioribus viris doctis adscriptae sint. Accuratus hac de re scripsit Oder p. 51.

Cur desint hic indices, nescimus; cur deesse possint, multa excogitari possunt probabilia, certum nihil.

\*) Πάμφιλος Ἀλεξανδρεὺς γραμματικὸς Ἀριστάρχου, ἔγραψε λειμῶνα (ἔστι δὲ ποικίλων περιοχῆ), περὶ γλωσσῶν ἢ τοῖς λέξεων βιβλία ρε' (ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ε' στοιχείου ἕως τοῦ ω'. τὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ α' μέχρι τοῦ δ' Ἰωνορίων ἐπιποιήματα), εἰς τὰ Νικάνδρου ἀνεξήγητα, καὶ τὰ κυλοόμενα Ὀπικά, τέχνην κριτικὴν καὶ ἄλλα πλείστα γραμματικά.


\*\*) Vide Jacobsium in praefatione libelli: Des Anton. Verwandlungen, qui prodiit Stuttgart. 1825.



TYPOS CURAVIT FR. P. DATTERER, DR. PHIL.















De Antonino Liberali.  
Widener Library

004078179



3 2044 085 088 656

